

Lauer, Guilelmus
Lucianus num auctor
dialogi Erotas existimandus
sit

PA
4230
A7L38



LUCIANUS NUM AUCTOR DIALOGI EPOTEN
EXISTIMANDUS SIT.

*B. S. Perry
Oct. 1927*

*Lucianus
1899*


SCRIPSIT

GUILELMUS LAUER.

BEILAGE ZUM PROGRAMM
DES KÖNIGLICHEN FRIEDRICH-WILHELMS-GYMNASIUMS
ZU KÖLN.
1899.

82
422

Universitäts-Buchdruckerei von Carl Georgi in Bonn.



Dialogus *Ἐρωτες* in corpore scriptorum Luciani traditus viris doctis dudum suspectus fuit. Bourdelotius¹⁾ non esse Luciani libellum existimavit, quod iudicium Kusterus, Solanus, Reitzius²⁾, Gesnerus³⁾ suum fecerunt. Idem iudicium ferunt recentiores L.⁴⁾ interpretes Wieland⁵⁾ et Pauly⁶⁾. In editionibus librorum L., quae hoc saeculo in lucem prodierunt, Lehmann⁷⁾ pluribus verbis libellum spurium esse evincere conatus est: Jacobitz⁸⁾ ut spurium uncinis inclusit, Bekker⁹⁾ et ubi de ordine librorum L. agit, Amores a L. abiudicat nullis tamen argumentis additis, et in editione¹⁰⁾ L. libellum uncinis inclusit: Sommerbrodt, cum in commentatione de vita librisque L. editioni selectorum librorum praemissa¹¹⁾ Amores L. esse iudicasset, eos rursus in editione critica, quae nuper prodit¹²⁾, reiecit. Dindorf¹³⁾ librum a L. abiudicat. Eorum, qui de L. vita scriptisque commentationes scripserunt, maior pars libellum ut spurium reiecit. Mees¹⁴⁾, Boldermann¹⁵⁾, de Rohden¹⁶⁾, Richard¹⁷⁾, Brambs¹⁸⁾, Cobet¹⁹⁾, Guilelmus Schmid²⁰⁾, Croiset²¹⁾, Chabert²²⁾, Oskar Schmidt²³⁾. Ut eos omittam, qui de litteris graecis scribentes illorum vv. dd. iudicia sua fecerunt, unum addo nomen Fritschii, qui, etsi egregiam L. editionem absolvere et Amores, qui in ea desiderantur, edere morte prohibitus est, tamen in commentatione de libris pseudolucianeis hoc dicit: "Ac primum quidem ii critici rem acu tetigisse putandi sunt, qui nuper rationibus optimis adlatis singulos quosdam libellos ab L. abiudicaverunt . . ., postremo spurium dialogum *Ἐρωτες* Cobetus vel ob dicendi genus minime Lucianeam²⁴⁾".

Sed quamvis multi vv. dd. et priorum saeculorum et huius aetatis Amorum dialogum a

1) Luciani editio Bipontina V p. 552. 2) De aetate vita scriptisque Luciani sylloge. Ed. Bip. I p. XVI.

3) Ed. Bip. I p. C. 4) Quibuscunque locis huius dissertationis simplex littera L. occurrit, iis Luciani nomen velim intellegas. 5) Lucians von Samosata sämtliche Werke, 1789. VI p. 355; cf. III p. 282 adnot. ad Imagines c. 4.

6) Lucians Werke übersetzt von Aug. Pauly. Stuttgart 1827—32. I p. 18. 7) Editio Luciani, Berolini 1822—29. 8) Editio maior II p. 290—329. 9) Monatsberichte der Berliner Akademie der Wiss. 1851 p. 359.

10) Ed. Luc. Lipsiae 1853. 11) Ausgewählte Schriften des Lucian; I. Bändchen 3. Aufl. Berlin 1888 p. XX. 12) Lucianus ed. Sommerbrodt, Berolini 1896 vol. II pars II p. 167. 13) Luciani opera ed. Dindorf, Lipsiae 1858; praef. p. IX.

14) De L. studiis et scriptis iuvenilibus, Roterodami 1811; p. 22. cf. p. 50—51. 15) Studia lucianea, Lugduni Bat. 1893. 16) De mundi miraculis. Diss. in. Bonnae 1875, p. 37 adn.

17) Über die Lykinosdialoge des Lucian, Hamburg 1886, p. 50. 18) Über Citate und Reminiscenzen aus Dichtern bei Lucian, Eichstädt 1888; p. 7. 19) Variarum lectiones, Lugd. Bat. 1873. p. 117.

20) Der Atticismus in seinen Hauptvertretern, Stuttgart 1887, I p. 225 et 401. 21) Essai sur la vie et les oeuvres de Lucien, Paris 1882 p. 13. 22) L'Atticisme de Lucien, Paris 1897 p. 70. 23) Metapher und Gleichnis in den Schriften Lucians, Winterthur 1897. 24) Rostochi 1880. repetita in ed. Luc. vol. III pars II (1882), p. LXXII.

L. abiudicaverint, tamen non defuerunt, qui illud iudicium improbarent. Guyetus¹⁾ quidem certum iudicium ferre noluit; Jacob²⁾ autem, cum antea in prolegomenis ad Toxarim³⁾ de auctore libri Amorum, qui sub nomine L. circumferretur, qui auctor alius esset ac L., verba fecisset, ea sententia mutata postea librum genuinum esse sibi persuasit. Cui assentitur C. F. Hermann⁴⁾ in recensione libri illius Jacobi, cum et ipse libellum a L. scriptum esse dicat; scripsisse autem L. adolescentem etiamtum Asiano genere scribendi tumido atque inflato utentem. Post Hermannum Wetzlar⁵⁾ in dissertatione accurate et subtiliter composita Amores iuvenile L. opus esse, quod, cum in Italia versaretur, composuisset, demonstrare et argumentis confirmare studuit. Quod iudicium Preller in Paulyi encyclopaedia⁶⁾ amplexus est. Postremus W. Schmid, cum in "Atticismo"⁷⁾ propter genus dicendi poeticum Amores suspectos esse iudicasset, sententia mutata genuinos esse disputavit⁸⁾, propterea quod Lycinus etiam in libro Imaginum admirator pulchritudinis adolescentium diceretur, et in Am. idem de adolescentis impuro in simulacrum Veneris Cnidiae amore fusius narraretur, quod in Imag. leviter stringeretur. Scriptos esse Am. paullo post annum a. Chr. 155 compluribus annis ante Imagines. Itaque quamquam eorum numerus, qui libellum spurium esse iudicant, multo maior est, quam defensorum, tamen, cum inter hos inveniantur homines docti summa et rerum antiquarum et sermonis graeci doctrina instructi, rem satis exploratam esse arbitrari non licet, praesertim cum ter factum sit, ut vv. dd. in L. scriptis multum ac diu versati sententiam mutarent et ita mutarent, ut inter se prorsus dissentirent, Jacob et Schmid dubitatione missa verum esse L. librum postea persuasum haberent, Sommerbrodt contra, cum usque eo de libello nihil dubitasset, postea ceterorum dubitationes ipse sequeretur⁹⁾.

Quamobrem mihi proposui de integro in rem, cum quaestio inchoata, non absoluta esse videatur, ita inquirere, ut et universam dialogi formam et genus scribendi diligentius perpendam et cum L. et ratione dialogos componendi et genere scribendi comparem. Nam ex argumento libelli ipso metuo ne parum certo, utrum L. sit necne, diiudicari possit, cum vel de ea re vv. dd. dubitare videam, quid tandem auctor in libro componendo sibi voluerit. Belinus enim existimavit¹⁰⁾ L., vel quisquis auctor huius libelli fuerit, honestum sibi proposuisse finem, ut impugnaret turpissimum illud *παιδεραστίας* vitium, Lehmannus contra eum disputans eam pestem neque serio directeve neque per ambages vel ironice in libello impugnari dicit; non naturali amori sed potius libidini illi cum natura vel maxime pugnanti victoriam adiudicari neque usquam per totam *παιδεραστίας* laudationem in ullum incidere legentes talis ingenii vel tantum coloris vestigium; immo vero demonstrari hanc sententiam: concubium hominis esse, ut bestiae, altioris vero spiritus naturam decere puerorum amores luculenter ex epimetro Theonnesti patere. Quamquam, quae v. d. contra Belinum disputat, improbauda non esse videntur, tamen ne ipse quidem verum auctoris consilium assecutus esse videtur, id quod infra, ubi de partibus Lycini agam, declaraturum me esse spero. Praeterea difficillimum esse puto eruere, quae L. ipsius de rebus

¹⁾ Ed. Bip. V p. 552 ("ἐπέχο" tamen). ²⁾ Charakteristik Lucians, Hamburg 1832; p. 30. cf. p. 189—91.

³⁾ Toxaris ed. Jacob 1825; prolegomena p. VIII. ⁴⁾ Zur Charakteristik Lucians und seiner Schriften in: Gesammelte Abhandlungen u. Beiträge zur klass. Litteratur u. Altertumskunde. Göttingen 1819, p. 201—5.

⁵⁾ Diss. in. "de aetate vita scriptisque Luciani", Marburgi 1831. ⁶⁾ Realencyclopädie des klass. Altertums IV p. 1165 et 1168.

⁷⁾ Schmid I p. 225. ⁸⁾ Philologus 50: "Bemerkungen über Lucians Leben und Schriften", p. 202—3.

⁹⁾ Ed. Luc. II, 2, p. 167. ¹⁰⁾ Lehmann praef. ad Am.; verba Lehmanni sunt.

in Am. tractatis sententia fuerit. Fusius quidem disputat Jacob¹⁾ contra eos, qui L. animum fuisse nimis libidinosum ex libris eius efficere voluerint; quamvis multa, quae a moribus castis atque integris abhorreant, passim in dialogis deorum, marinis, meretriciis legentibus occurrant, scriptorem, cum nihil nisi id egerit, ut eos eluderet, qui deos sibi finxissent omnibus vitiis erroribusque humanis obnoxios, ipsum nullo loco coargui posse animi, qui rebus vitiosis delectetur. Nihil eum illis dialogis sibi proposuisse nisi ut ridendo verum diceret et vitia, qualia vere fuissent, cum multa irrisione legentibus ostenderet. Quae licet vera sint, et vere Jacobum, qua erat subtilitate iudicii, L. ingenium ac mores bene perspexisse putandum est, tamen inde minime efficias L. aut ut Callieratidam mulierum amores improbavisse aut ut Theomnestum negasse, fieri posse, ut ulla viris cum adolescentibus puerisque consuetudo honesta sit. Nonne autem opinari licet auctorem eius libelli perversitatem et errorem eorum, qui, ut Callieratidas, philosophicum se et caelestem amorem unum sectari dicerent, cum cupiditati atque libidini impurae obnoxii essent, castigare voluisse?

Neque magis ex eo, quod singulis quibusdam rebus Am. cum aliis L. scriptis genuinis congruunt, L. auctorem libelli esse colligas. Dico, quod ab auctore Am. similiter atque a L. Socratis cum Alcibiade consuetudo ut inhonesta eluditur²⁾. De qua consuetudine L. in Vitae auctore³⁾ ita Socratem ipsum se illudentem facit: *Παιδευαστής εἰμι καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά... καὶ γὰρ οὐ σωματίων ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλὴν. Ἀμέλει γὰρ ἐπὶ ταῦτόν ἐμαυτὸν κατακείνωται, ἀκούσει αὐτῶν μηδὲν ἐπὶ ἑμοῦ παθεῖν.* Quae Socratem eum sui irrisione dixisse ex eo apparet, quod, cum is, qui philosophi animam empturus est, de veritate verborum dubitet, Socrates his verbis, in quibus non minor ironia deprehenditur, ea confirmat: *καὶ μὴν δυνάω γέ σοι τὸν ζῆνα καὶ τὴν πλάτανον οὕτω ταῦτα ἔχειν,* et postremo illi, quid ei de pueris forma iuvenili florentibus videatur, percontanti respondet: *καὶ οὕτοι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἄθλιον ἐπιλήσει λαμπρόν τι καὶ ρεωζόν ἐργασασμένοις.* Cum hoc loco illa Socratis in Ver. hist.⁴⁾ irrisio consentit. Ubi L. narrat, cum in Elysio in Hyacinthum, Narcissum, Hylam καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ καλοὺς incidisset, quibuscum ceteri omnes ἀναρωδῶν πάντων ὁμοίων consuetudinem haberent, Socratem iuravisse *ἢ μὴν καθαροῶς πηλοῦσιν τοῖς νέοις,* omnes autem periurii eum insimulavisse. In convivio⁵⁾ Ion commendat *πειθομένους Πλάτωνα καὶ Σωκράτη παιδευαστέων.* Idem efficitur ex Dial. Mort.⁶⁾. Itaque quamquam summum illum virum L. ab aliis rebus, quae vitio ei datae erant, velut ab impietate in deos⁷⁾ vel timiditate⁸⁾ vindicat et, quod iniuste condemnatus sit, miseratur⁹⁾, etiam merita eius in philosophiam agnoscit¹⁰⁾, amoris illi inhonesto deditum eum fuisse persuasum habet. Sed ea in re ut L. ita auctor Am. vulgarem posteriorum temporum opinionem sequitur¹¹⁾, pariter atque in iis, quae L. de Iovis cum Ganymede familiaritate ludit¹²⁾, de quo item Am. cum L. consentiunt. Idem de eo iudicandum est, quod Achillis cum Patroelo et Orestae cum Pylade familiaritates a Theomnesto in Am. detrectatas atque obtritatas videmus, quamquam L., quibus locis earum mentionem facit, ut verae atque integrae amicitiae exemplaria laudat¹³⁾.

Neque vero ideo, quod in Am. spurcissima quaedam atque obscenissima, maxime in

¹⁾ p. 169 sequ. ²⁾ Am. c. 24 et 54. ³⁾ c. 15. ⁴⁾ c. 17. ⁵⁾ c. 39. ⁶⁾ 20 c. 5. ⁷⁾ Calumu. non tem. cred. c. 29. ⁸⁾ Ver. hist. II, 23. ⁹⁾ Demonax c. 62. ¹⁰⁾ Sonn. c. 12. ¹¹⁾ Bekker-Hermann, Charicles (ed. II) p. 225. ¹²⁾ Dial. Deor. 4 et 5, c. 3. ¹³⁾ Tox. c. 1—8; de domo 23; Tox. c. 10. Ludi gratia adiungo in Parasito, opusculo subditicio, id quod nuper Bieler eviecit, Patroelium Achillis parasitum esse.

oratione Theonnesti, inveniuntur, quae singula enumerare merito piget, liber spurius habendus est. Nam L. talibus rebus aut verbis non carere, immo quaedam scripta genuina iis scitere, quicumque vel medioeriter in eius libris versatus est, facile concedet. Quamquam apud L. etiam, quae obscena sunt, salibus ita condita esse solent, ut minus offendantur legentes. Tales autem sales facetiasque Am. parum resipiunt. Difficillimum esse puto in hoc genere constituere, quid sano scriptoris iudicio accommodatum esse, quid repugnare videatur, praesertim eius scriptoris, qui tot libros de rebus diversissimis per longam seriem annorum in diversissimis orbis partibus composuerit, ut, quodcumque iudicium hoc fundamento nixus feras, metuum, ne in eo nimis privato tuo arbitrio obnoxius sis.

Sed etiamsi nec causa ipsa, quae in Am. agitur, neque singulae quaedam res, quibus Am. cum L. congruunt, idoneae esse videantur, quibus quaestio proposita diiudicetur, tamen ex ea ratione, quam auctor in argumento tractando colloquioque instituendo inierit, imprimis ex partibus Lycini, aliquid efficere posse mihi videor. Quod ut comprobetur, paucis de iis L. dialogis agendum est, in quibus Lycinus unus ex colloquentibus est.

Richard dissertatione supra laudata eos dialogos, in quibus Lycinus L. ipsius partes agat, omnes iisdem fere annis assignandos esse demonstravit, annis p. C. 160 et sequentibus usque ad annum 166. Hermotimum¹⁾, Convivium²⁾, Navigium³⁾, Eunuchum⁴⁾, Diss. cum Hesiodo⁵⁾, Imagines⁶⁾, pro Imaginibus⁷⁾, Lexiphanem⁸⁾. Soloecistae⁹⁾ quidem compositionis annum certum constituere dubitat, verisimile autem esse etiam Sol. mediae aetati L. attribuendum esse, iisdem fere annis quibus ceteros. Cynicum et librum de Saltatione omitto, quod pro spuriis habendi sunt. Merito autem v. d. primos esse illos ex libris satiricis L. ex loco Bis accusati¹⁰⁾ ad tempora vitae L. distinguenda plus semel citato colligit, quo Syrus, i. e. L., certis verbis dicit se circiter annum aetatis quadragesimum, i. e. anno a. Chr. fere 160, ad dialogos scribendos se contulisse. Itaque Amores, quoniam in iis Lycinus partes sustinet, si Luciani sint, iisdem annis, quibus cetera Lycini colloquia, assignandi sint, scripti igitur non sint ante a. 160. Eorum igitur opinio, qui iuvenile opus L. esse volunt, vereor ne inanis sit¹¹⁾.

Iam vero illorum sex vel¹²⁾ septem dialogorum, in quibus Lycinus primarias partes agit, argumentandi ratio omnium una eademque fere est. Sub Lycini persona L. ipsum latere a nullo adhuc negatum est; quo nomine L. usum esse Rich.¹³⁾ recte existimat, quod et ea exprimere vellet, quae ipse animo sentiret vel ipse in vita vidisset, et id ita facere studeret, ut tamen liberum haberet singulis locis ita sibi indulgere, ut non unum quodque verbum, quo iocans usus esset, praestare deberet ut ab ipso profectum. Seria iocis varia tamen L. arbitrio

1) libro laud. p. 21. 2) p. 25. 3) p. 28. 4) p. 30. 5) p. 32; fortasse hic liber paucis annis post ceteros, certe ante a. 175 scriptus est. 6) p. 41. 7) p. 41. 8) p. 48. 9) p. 50. 10) e. 32.

11) Quae Schmid (Philol. 50 p. 306 sequ.) contra Richardum disputavit, iis illum erravisse parum comprobavisse mihi videtur. Ut plura hoc loco omittam, nec L. viginti quinque fere annorum spatium Lycini dialogis scribendis insumpsisse neque Hermotimum, librum admodum vivide atque alacriter scriptum, a L. sene compositum esse neque Amores atque Nigrinum, quorum librorum alterum lascivissimum, alterum gravissimum est, ut de scribendi genere discrepantis hic nihil dicam, ab eodem et auctore et anno (155 vel paullo post secundum Schmidium) originem trahere persuadere mihi possum. Hermann, qui existimavit dialogos, qui illo loco Bis acc. dicantur, nullos esse nisi comicos, sc. deorum, marinos, mortuorum, meretricios, id quod ex sententiarum conexu prodeat, subtilius quam verius disputaverit; diversa enim genera dialogorum illo loco distinguuntur nulla; Wetzlar (p. 18) eum secutus est. 12) Soloecistam Fritzsche reiecit, neque tamen argumentis rem probavit. 13) p. 11.

legentium permittere, quid pro vera scriptoris sententia habere, quid ut ironice dictum in contrarium intellegere malint. Collocuntur igitur in singulis illis dialogis usque bini, quorum alter est Lycinus, alter amicus certae cuidam stultitiae obnoxius, quem Lye. erroris convincere studet. Ne longus sim, si hoc ita per omnes illos dialogos fieri demonstrare velim, de uno Hermotimo paucis id comprobare satis habeo. Atque in eo libro Hermotimus, a cuius nomine titulum accepit, summa cum assiduitate, continentia, dolorum laborumque contemptione Stoicorum illam virtutem omnibus numeris perfectam diu sectatus est. Quem Lye. sermone instituto, in quo et summa alacritas et hilaritas inest neque facetiis aut irrisioni ille pareit, quainquam interdum graviter agere non veretur, edocet, quam multis erroribus in studiis sapientiae obnoxius fuerit; itaque ei persuadet frustra tantum operae, tantum pecuniae rei inani insumptum esse, ut postremo quasi crapulam edormivisse sibi videatur. Ita Lye., quod sibi proposuit, ut evinceret omnes philosophos tamquam de umbra asini certare neque virtutem singularis cuiusdam philosophorum sectae praeceptis contineri, sed in sapienter et fortiter agendo positam esse, bene ad finem perducit. Simile Lycini consilium in ceteris dialogis apparet, atque simili ratione propositum Lycinus peragit et assequitur, ut is, quocum colloquium habet, postremo perversitatis suae coarguatur.

Iam explorandum esse videtur, num certum consilium in Am. quoque Lycinus similiter sequatur, ut perversitatem aliquam humanam illudat, et similes partes simili ratione atque in ceteris Lycini dialogis peragat. Atque primum quidem breviter argumentum libelli perlustremus. Lycinus Theonnestum amicum, ut a seriis negotiis reficiatur, plura de amoribus suis narrare iubet; qua re festum Herculis diem aptissime celebrari. Ille gravatur; potius ipsum ut utriusque generis amorum expertem²⁾ diiudicare oportere, uter amor, puerorum an mulierum, praefereendus sit. Lycinus autem, ne controversiam seriam paucis disceptet, de colloquio narrat, quod nuper coram ipso duo amici de eadem re habuerint. Iter facientem se ad insulam Rhodum appulisse; ubi sibi occurrisse amicos Chariclem Corinthium et Callicratidam Atheniensem, illum mulierum, hunc puerorum amatorem, et ipsi se adiunxisse. Deinde cum ad Cnidum appulissent, ut templum Veneris nobilissimum atque simulacrum deae a Praxitele summo opere perfectum spectarent, spectantibus aedituam de adolescentis cuiusdam insano incestoque illius signi amore atque infelici exitu narrasse. Unde certamine inter illos orto, uter amor pluris habendus esset, se suasisse, ut ipso arbitro usi per computationem loco amoeno alter post alterum, quae sibi viderentur, fusius disputarent. Priorem igitur Chariclem pro mulierum amore ut ad rerum naturam accommodato magna cum contentione dixisse,

1) Dubitat fortasse quispiam in hoc genere de Imaginibus. Eas tamen velim existimare quasi prooemium esse libri "de Imaginibus", quocum arte cohaerent, ut ipsas per se spectare atque considerare non liceat. In libro autem "de Imag." Lye. id agit, ut opprobrium indignae assentationis ex libro Imaginum conflatum diluat. Ex vituperatoribus autem cum Polystratus, quocum colloquitur, ipse sit, quippe qui Pantheae querelas suas fecerit (c. 12), operam dat, ut hunc perversae opinionis coarguat. Quod assecutum esse Lycinum extrema pars colloquii docet; Polystratus enim, etsi non certis verbis se errasse confitetur, tamen, cum paratum se esse dicat, quae audierit, ad Pantheam deferre, dubium non est, quin haud mediocriter commotus sit. Etiam per totum hunc librum virtutem illam summam stili Lucianei, lepores, facetias, irrisiones, dispersam esse verbo monere satis habeo. 2) Quod Lye. hic utriusque generis amorum expertus (Am. c. 4) dicitur, non convenit cum Imag. c. 1, ubi Polystratus Lycinum adolescentium amatorem esse praedicat. Itaque, quod Schmid (Philologus 50 p. 303) ex eo effecit, vel ideo inane esse videtur.

posteriorem Callieratidam contra ea et pro amore puerorum uberius disputasse: videri hunc tamquam altiorem hominum vitae gradum, ad quem ex necessitate principali et nativa ascendissent. Esse autem eum amorem caelestem a deo ipso animis sapientium inspiratum, et procul abesse a tali consuetudine omnia inhonesta. Postquam perorassent, sese disceptare iussum, uter superior discessisset, palmam Callieratidae dedisse. Iam Lyc. Theomnestum adhortatur, ut edat, quam ipse, si arbiter fuisset, sententiam laturus fuerit. Hic igitur sibi persuaderi posse negat puerorum amores vere positos esse in honestate; nullos amatores corporis libidinibus carere, quibus ipsum quoque obnoxium esse impudentissime fatetur. Lyc. autem ad haec fere nihil; tertiae orationis, qua amici sententia defendatur, se pigere; abrumpendum potius esse sermonem et in forum prodeundum, ubi iam in eo sit, ut deo rogas accendatur.

Ut iam examinemus, quod consilium Lycini esse quasque partes is agere videatur, ex eo, quod Pol. initio amicum edere iubet, uter amor superior sit, merito efficias, illud unum hoc libro agi, ut ea res diiudicetur. Diiudicata quoque eo esse videtur, quod Lyc. Callieratidae victoriae palmam dedit. Iam vero cum extrema parte libelli Theomnestus honestam *παιδε-
γαστίαν* irrideat, Lyc. autem, quae ille profert, si non probet at certe non improbet, rursus ea causa integra atque dubia relinquitur. Omnino videtur ineunte dialogo causa non esse eadem quae exeunte; nam cum ab initio id agatur, ut inter mulierum et puerorum amores disceptetur, extrema parte inter caelestem philosophorum amorem puerorum et inter inhonestum impudicumque vulgarium causa agitur. Talem autem obscuritatem causae, quae agitur, in nullo ceterorum Lycini dialogorumprehendimus. Praeterea in ceteris dialogis Lycinum certo consilio utique et id agentem, ut certam quandam alterius, i. e. vulgi perversitatem subtiliter eludendo insectetur, et eo rem deducentem videmus, ut alter ipse erroris convincatur. Lyc. igitur vere moderator et princeps colloquii esse solet, Lycini ipsius sententia sibi constat et superior discedit. At in Am. tales Lycini partes non sunt. Nam non modo colloquentium sermones non moderatur, sed quodammodo eorum auctoritates ipse sequitur et minime sibi displicet post Callieratidam Theomnestum illum petulanter irridentem patienter exaudiens. Neque ullo denique loco more platonico, quem verus ille Lyc. per ceteros dialogos sequitur, hunc vel illum ex colloquentibus callide interrogando in captiones inducit, difficultatibus impedit, astute labefactat, ita ut sensim illi ipsi perverse se sensisse sibi persuadeant atque Lycini ipsius sententia superior discedat. Tales cavillationes, facetias, sui interdum irrisiones festivissimas quis tandem in Am. repperit?

Attamen hanc Am. a ceteris Lycini colloquiis discrepantiam, quae et argumentandi et partium Lycini ratione continetur, sufficere, ut L. non esse libellum pro certo habeamus, nego. Accedat oportet, ut sermo ipse accuratius exploretur. A scribendi enim genere si non unice at maximam certe partem argumenta esse petenda in eiusmodi quaestionibus instituendis Bielerus, si quisquam, graviter docuit et tribus dissertationibus proximis annis editis hanc viam ita ingressus est, ut tres libros Parasitum¹⁾, Cynicum²⁾, de Saltatione³⁾ spurios esse comprobaret. Sermonis proprietatem in libris dubiis diligentius examinandam esse monet, quam

¹⁾ Über die Echtheit des Lucianischen Dialogs de parasito, Hildesheim 1890. ²⁾ Über die Echtheit des I. D. Cynicus, Hildesheim 1891. ³⁾ Über die Echtheit der luc. Schrift de Saltatione, Halle 1891. (Progr. v. Wilhelmshafen).

adhuc factum sit. Qua in re magis esse urgendum, quibus rebus quisque liber a L. usu dicendi abhorreat, quam quibus cum L. congruat, quia, quam late imitatio consulto facta pateat, plerumque difficillimum sit ad disceptandum¹⁾. Idem nuper senserunt A. loost²⁾ et O. Schmidt³⁾. Itaque ut id iam instituam, primo loco de rebus ad grammaticam pertinentibus⁴⁾, altero de delectu verborum agam, postremo quasdam de ornatu orationis observationes addam.

A. De rebus grammaticis.

I. De etymologia.

a) De declinatione nominum.

Quibusdam rebus Am. cum L. congruunt, velut plur. *δεσμά* (Am. c. 46. cf. Chabert p. 104 et Schmid, Attic. I p. 226) et eo, quod *ρεώς* et formas atticas (c. 17. 13. 53. 11) et vulgares *ραῶν* (c. 15) et *ραοῦς* (c. 38) habet; genetivus nominis *ἄστω ἄστωος* et Navig. c. 3 et Am. c. 6. dativus *Ἡρωί* Am. 29 et Anach. 17, *Ἡρώα* Bis. acc. 9 et Iup. trag. 11 invenitur; praeter formas contractas *θατέρον, θατέρον* (c. 47) non contractae in Am. exstant, ut L. passim utraque habet. Aliis autem formis Am. a L. dissident; Adj. *ἴλεως* acc. *ἴλεω* (c. 6)⁵⁾ habet, cum apud L. *ἴλεων* invenias (de mere. cond. 14 et Alex. 25). A *πλέως* nom. plur. *πλέοι* (Am. 9) legitur; pro qua forma quamquam Cobet *πλέω* scribere mavult, tamen editores codices secuntur; c. 42 nom. plur. fem. *ἐπέροπλεω* est iota non subscripto. L. *ὀστέων* utique contrahit, Am. c. 46 *ὀστέους, ὀστέα*) non contrahunt. Subst. *ὄρνις* nom. plur. in Am. (c. 22) *ὄρνεις* exstat, apud L. (Epist. Sat. 35) *ὄρνις ἄπτεροι* et acc. plur. *τὰς ὄρνις*, cum L. plerumque *τὰ ὄρνεα* usurpet⁶⁾. Bis in Am. forma *χοοιά* (c. 40 et 41) exstat, L. *χοοία* habet, uno loco (Dial. Mort. 18, 2) excepto, ubi *χοοιά* legitur⁷⁾. *λίθος* apud L. masc. esse solet praeter locos duos (Hipp. 5 et Imag. 1), in Am. (c. 13, 15, 41) ter femin., bis tantum masc. (c. 17 *τῷ λίθῳ* 41 *λίθους Ἐρυθραίους*).

Addo, quae de adiectivis observavi; de quibus Wilhelm⁸⁾ accurate egit. De adj. compositis Am. cum L. utique congruunt, plerumque de simplicibus quoque, velut quod adj. in *-πλάσιος* desinentia triformia sunt (Am. c. 27), *νύκτερος* (c. 39), *ἔωλος* (c. 53), *βάσανος* (c. 46), *λάλος* (c. 46) communia, *ἴδιος* (c. 34) trif., *ἀναγκαῖος* (c. 33) trif., in *-μιος* desinentia (Am. c. 49) comm.⁹⁾ Adj. in *-ειος* a nominibus propriis derivata utrum comm. an trif. apud L. sint, parum ex Wilhelmi libello perspicitur, cum, quos locos laudat, ii praeter unum (de hist. conser. 26) aut in Am. aut de Salt. (c. 46) exstant. In Am. certe talia adj. comm. sunt¹⁰⁾: *Ἰππολύτειος* (c. 2), *Ἡρώζελειος* (c. 29), *Ἡθαγόρειος* (c. 30), *Μενάνδρειος* (c. 42), *Τιανάλτειος* (c. 53). Abhorrentia haec notavi: *χειμέριος* in Am. (c. 46) comm., apud L. (Bacch. 7) trif., *Φρόγγιος* in Am. (c. 42) trif., apud L. (Harmonid. 1) comm., qui omnino adj. in *-ειος* a nom. propriis derivatis comm. utitur¹¹⁾:

¹⁾ De paras. p. 3, cf. adnot. 3; de Cyn. p. 9, cf. adn. 2. ²⁾ Betrachtungen über den Partikelgebrauch L. in "Festschrift für Ludwig Friedländer 1895" p. 165. ³⁾ Metapher p. 5. ⁴⁾ Per totum hunc locum usus sum dissertatione v. d. Du Mesnil, De grammatica ratione L., Stolp 1867. ⁵⁾ Iacobitz sane ut corruptum asteriseo notat. ⁶⁾ Chabert p. 105. ⁷⁾ Formam *χοοῖν*, quae est de dea Syr. 8, neglego ut ionium, praeterquam quod is liber valde suspectus est. ⁸⁾ Der Sprachgebrauch des L. hinsichtlich der sogen. Adj. dreier End. auf *-ος*. Coburg 1892. ⁹⁾ *ἑτήσιος* (c. 4) et *λάθιος* (c. 53), quae biformia sunt, apud L. non exstant. ¹⁰⁾ Pro *Ἡθαγόρειος* L. *Ἡθαγοριζός* dicere solet. ¹¹⁾ Wilhelm p. 38.

etiam Σιδώνιος (c. 26) trif. est. Denique γυναιξίος¹⁾, quod apud L. trif. esse solet, bis in Am. (c. 27 et 35) bif. invenitur. — Ex comparatione adj. huc trahendum videtur, quod neque comparativi περιωρρότερον²⁾ (c. 27) aut παιδικιώτερον³⁾ (c. 27) apud L. inveniuntur neque superlativus γυναιξιώτατος (c. 19), et cum L. comparativorum in -ων formis contractis constanter utatur⁴⁾, in Am. (c. 4) ἀμείνους exstat.

b) De verborum coniugatione.

Etiam hic quibusdam rebus auctor Am. cum L. consentit. Optativi I aor. act.⁵⁾ apud L. flectuntur 2. sing. in -ειας, 3. sing. in -ειε, 3. plur. in -ειων, rarissime in -αις, -αι, -αιεν. Am. flectunt in -ειας (c. 2), -ειε (c. 43 et 46)⁶⁾. Quamquam non est praetermittendum (c. 46) etiam ἀγαθήσαι exstare. Uterque auctor 3. plur. imper. praes. act. in -έτωσαν⁷⁾ (Am. c. 28 bis et 54; c. 38 ἔστωσαν), pass. in -σθωσαν (Am. c. 28) flectit⁸⁾. Verba in -έω fut. att., quod vocatur, in Am. habere solent (c. 3 ρομιεῖς, 18 ἀγωνιούμενοι, 47 ζομοῦνται), semel fut. vulgare (c. 39 ρομίσει). Qua in re L. sibi non constat⁹⁾. Verbi εἰμί 2. sing. imperf. apud L. esse solet ἦσθα, bis ἦς (παρῆς, συνῆς) invenitur¹⁰⁾, in Am. et ἦς (c. 3) et ἦσθα (c. 53) exstat. ἤμι apud utrumque Aor. med. ἠγάμηρ habet (Am. c. 50 προσῆγάμηρ et 48 προσῆγατο)¹¹⁾. In aliis tamen verborum formis Am. a L. dissentiunt. Am. c. 14 ἀνοιγείσῃς exstat, cum forma aor. apud L. (Tim. 22) ἀνεόχθην sit¹²⁾. Plusquamperf. verbi λαγχάνω apud L. ἐλήχην est, Am. (c. 18) ἐλελόγγει habent, quam formam L. ipse in Soloece. (c. 4 et 7) improbat. Denique verbi περιᾶσθαι¹³⁾ formas activas L. nisi vi obscena non usurpat, velut Dial. D. 6, 1. In Am. duo sunt loci, quibus περιᾶν hac vi carere videtur (c. 26 τοῖς πεπειραζόμεν¹⁴⁾ ἑμῖν et c. 36 περιᾶσαι¹⁵⁾, quamquam alio loco ἀποπεριῶν (c. 26) obscene intellegendum est.

II. De syntaxi.

a) De articulo et pronomine.

L., quantum observavi, eadem ratione atque Attici articulo utitur. Nomina propria gentium, terrarum, dierum festorum plerumque cum art. iunguntur. In Am. haec nomina terrarum art. carent: c. 6 ἐπ' Ἰταλίων, Ἰονίῳ κόλπῳ, c. 40 ὄλην Ἀραβίαν, c. 11 Κρίδῳ, c. 40 Φωκίς; haec art. habent: c. 7 τῆς Κιλικίας, τοῦ Παιονίων κόλπον, τῆς παλαιῆς Ἑλλάδος, c. 10 ἐς τὴν Ἰταλίαν, c. 47 τῆς Ἑλλάδος, c. 11 τὴν Κρίδον; nomina et gentium (c. 6 Λιβυνοί, c. 29 Μακεδόων, c. 30 Σπαρτιάταις, Λεσβίων, c. 52 Πέρσας, c. 47 Σκνθῶν, c. 54 Ἑλλήσοι) et dierum festorum (c. 1 Ἡράκλεια, c. 10 ἐν Θεσμομορσίῳ) art. carent, cum L. diebus festis art. adiungere solet. Nomina propria scholarum philosophorum, quae apud L. passim aut art. habent aut eo carent.

1) Wilh. p. 40. Qua in re auctor Am. Platonem secutus esse videtur, cum omnes prosaici eo adj. triformi utantur. 2) Compar. exstat Herodian 5, 3, 8 et Achill. Tat. 2, 3, 1, 2. 3) Nusquam is comp. exstat.

4) Dindorf adnot. crit. ed. Luc. 1858 II p. XVII. Chabert p. 106. 5) Bieler de paras. p. 8—9. 6) Locus tragici eiusdem c. 37 hic omittendus est. 7) Schmid I. p. 229; Chabert p. 109. 8) cf. Rhet. praec. 6; περιπλεζήσθωσαν. 9) Chabert p. 113. 10) Schmid I p. 231. 11) Pro παρήγατε (c. 50) scribendum videtur παρῆγατε.

12) Cobet quidem in Am. ἀνοιγείσῃς scribere mavult, quod alterum barbarum sit; omnes tamen codd. ἀνοιγείσῃς habent. 13) Schmid I p. 232. 14) Gesner πεπειραζόμενοι vertit: "qui experti estis", ἀποπεριῶν: "si quis aggrediatur". L. πεπειραζόμενος (Hermet. 46 et Prom. 6) habet. 15) Quod Cobet hoc loco περιᾶσαι scribere suadet a περιᾶω derivatum, περιᾶω nisi semel in libello suspecto (Tragod. 149) apud L. non invenitur.

in Am. sine art. leguntur (c. 31 *Ἀκαδημίας, Ἀρξίου*). Pronomen *ἕκαστος*, quod apud L. modo art. habet, modo non habet, in Am. art. caret (c. 8 *γραφῆν*, c. 13 *μέλειν*, c. 36 *ζῳά*); *ἄλλοτερος* (c. 19 *γένει*) art. caret; *ἕτερος* "alter ex duobus" art. caret (c. 19 *τῆν ἕτερον ἠθοράν*, c. 4 *εἰς ἕτερον τοῦ πάθους*); etiam apud *ἄκρος* et *ἔσχατος* praedicative posita art. desideratur (c. 32 *μόχους*, c. 42 *δακτύλους*, cum L. Dial. Mer. 6, 3 *ἄκροις τοῖς δακτύλοις* dicat, c. 53 *ἡδονῆς, δακτύλων*) Substantiva notantia aut partes corporum humanorum (c. 3 *ὄδοῦς*, c. 12 *πολίαι*, c. 14 *μηροῦ καὶ κνήμης*, c. 27 *γαστρί*, c. 36 *φωρῆ*, c. 53 *μαστοῖς, γαστροῦς, μηρῶν*) aut res, quae in rerum natura sunt omnino sensibus subiectae sunt (c. 2 *θαλάττης κέρματα, πικρὰς ἀπ' οὐρανοῦ νεφίδας*, c. 6 *ἐπὶ θάλατταν*, c. 8 et 49 *γῆν*, c. 9 *ἐπὶ ξένης*, c. 18 *κατὰ κορυφῆν*, c. 32 *ὄλον κόσμον*, c. 33 et 36 *ζῳά*, c. 46 *θαλάττης*, c. 49 *αἰθῆρ*, c. 11 *στοῶς*, c. 28 *γενναξίν*, c. 34 *τοίχων*, c. 50 *ταῦν*, c. 53 *κόλπον*) aut res a corpore seiunctas, actates praecipue vel tempora (c. 12 et 27 *χρόνον*, c. 20 *νεότητι, ἡλικίας*, c. 33 *σπόρον*, c. 34 *ἀμορσίαν*, c. 37 *ἡλικίας*, c. 45 *ἐσπέρα*, c. 46 *βίος*, c. 53 *ἡβης*, c. 52 *μέρει*) in Am. art. carere solent. Quater in substantivis cum attributo iunctis mirum in modum art. inter subst. et attr. interiectus est: c. 29 *καιρός ὁ τῶν*, c. 3 *ὄδοῦς ὁ τοῦ πάθους*, c. 19 *χρόνος ὁ τοῦ ζῆν*, c. 6 *ῥοδίω τῶ τῶν ἐλατήρων*. Itaque Am. proprium esse videtur art. nonnumquam non ponere, ubi Attici et L. ponunt.

b) De nominibus.

1. De usu dualis et adiectivorum.

A L. dualis usurpandi ratione, quam Hasse¹⁾ exploravit, Am. non recedunt, nisi forte uno loco (c. 50 *ἄμφω νενηκιστοῖς βυδίζετε*) pro plur. participii dualem L. positurus fuisse videtur. Qui tamen *ἄμφω* (Dial. D. 26, 1) cum plurali verbi iungit. Neque recedunt Am. in usurpando sing. neutr. adj. vel partic. pro substantivis quae dicunt abstractis, de qua re Sommerbrodt²⁾ egit. Inveniuntur haec exempla: c. 3 *τὸ βυωνίζον*, c. 7 *τὸ συνεχές*, c. 8 *τῶ τέροντι*, c. 23 *τὸ εἴροσπον*. Quaedam subst. loco adiectivorum usurpata in Am. leguntur. Ex quibus de *γείτων* (c. 20 et 47), *γέρον*³⁾ (c. 12), *γιάσοσπος* (c. 33 et 45) Am. cum L. faciunt, sed nec *στρατιώτης* (c. 3 *βίον*) nec *δεσμότης* (c. 41 *μαζούς*) a L. pro adj. usurpantur: pro *στρατιώτης* is adj. *στρατιωτικός* (Histor. c. 37) habet, et *δεσμότης* (Toxar. 33) substantivum est.

2. De usu genetivi.

Compluribus locis Am. genetivi qualitatis ita usurpati inveniuntur, ut a consuetudine cum Atticorum tum L.⁴⁾ abhorrere videantur: c. 5 *παιδιάς ἡγῆ τῆν δόλησιν*, c. 15 *ρεανίαν ἀσήμον γένους* et *ἰστορίαν ἀπίστον λόγον*, c. 48 *χορησὸν ἀληθείας ὁ Πύθιος ἐθέσπισεν*; quo loco cave *ἀληθείας* gen. subj. esse et Veritatis deae personam significare credas, cui interpretationi repugnat, quod Pythius is est, qui vaticinatur. C. 33 (*γάμοι διαδοχῆς ἀναγκαίας εἴρηται γάμουα*)⁵⁾ *διαδο-*

1) "Über den Dualis bei L." in Fleckeisen Jahrb. 1893 p. 381.

2) Adn. ad Somm. c. 8 (ed. schol. I,

p. 7) et ad Tim. c. 1 (p. 47); cf. Schmid I p. 233.

3) Tamen L. Lexiph. 6 *γέρον ὄνος* ut insolitum vituperat.

4) Loco L. Gall. 27 (*μακρόν τοῦτον ἀνακιστῆς λόγον καὶ ὁ τοῦ παρόντος καιροῦ*) *καιροῦ* non pro gen. qual sed pro gen. temp. habeo. Unum tamen exemplum ex Vit. Auct. (c. 1) Chabert p. 167 affert: *γιάσοσπος βίους πατὸς εἶδος*, latinismum esse existimans.

5) Gesner vertit: "nuptiae ut necessariae successione remedia inventae sunt".

χῆς, quod a *γάριμαζα* pendet, id significat, quod efficiendum est. Apud L. autem gen. subst. cum *γάριμαζων* iunctus non, quod efficiendum, sed, quod tollendum est, significat, velut Dial. Mar. 27, 9 (*γάριμαζων τῶν ἐν τῷ γήρῳ κακῶν*; cf. Epigr. 22. Non reticesco altero loco Am. c. 33 *γάριμαζων λιμοῦ*) gen. L. ratione positum esse. — Gen. ad adj. pertinentes L. generi dicendi repugnare videntur hi: c. 6 *λατιωῆς παιδείας ὄχλος*¹⁾, c. 12 *γόνιμος καρπῶν, καρπῶν ἄγωνα, αὐτόμολος Ἀφροδίτης, τῆς θεοῦ γηγῆς*, c. 31 *ἐπήζοον τῶν λόγων*, c. 32 *φιλίας ἐγγράμων*, c. 37 *ἀμφίβολος ὄφελείας καὶ βλάβης. Αἰσχροῆς, ἄγρονος* (Tim. 17), *γόνιμος* (Rhet. praec. 23), *αὐτόμολος*²⁾, *γηγῆς*³⁾, *ἐγγράμων*⁴⁾ L. cum nominibus iungere non solet, sed absolute ponit; *ἐγγράμων* praeterea apud L. de rebus, non de hominibus usurpatur, ut Dial. Mort. 12, 7, Catapl. 9. *Ἐπίζοος* apud L. eum locum significat, quo quis quid percipere aut quo quid percipi auribus potest, velut Icarom. 23, aut pro adverbio est (*ἐξ ἐπήζοον* vel *ἐξ ἐπιζόου*). Quod *ἐπίζοος* hoc loco Am. ad platanum refertur, quae sermones Socratis olim audierit⁵⁾, apud L. nequiquam requisiveris. *ἀμφίβολος* nusquam a Graecis cum gen. iungitur⁶⁾. — Gen. a verbis pendentes notabiles videntur hi: c. 4 *μεθαρμοσαμένη σπονδής*, c. 5 *ἀγρέων ἔρωτος*, c. 11 *τῆς Ἀφροδίτης ἀντικαταλλαξιμέρος* et c. 20 *ἡδονῆς ἀντικατηλλάξαντο*, c. 16 *ἀποβονκολῆσαι τοῦ πύθου*, c. 17 *ἐπιπᾶτο τῶν σκήπτρων*, c. 30 *ἐτίμων σε ἀνδριάντων*, c. 33 *ἐσχολῶν πείρας*, c. 37 *μὴ κατατόμπειν ἡμῶν*, c. 38 *τοῦ βίον γυγαδείεις*, c. 41 *τῶν ἀγρέων καθέονται*, c. 42 *γέμονσαν θηλήτητος. Μεθαρμοσθεῖσαι*⁷⁾ nisi loco Demosth. enc. 46. *γυγαδέειν*⁸⁾ nisi Macrob. 8, in libris spuriiis, *ἀγρέειν, ἐσχολεῖν, κατατομπεῖν, γέμειν* apud L. non inveniuntur. Neque *ἀντικαταλλάττεσθαι* L. est; utitur verbo simplici, quod Ver. hist. 2 cum praep. *πρός* et Phal. I, 1 cum *ἀντί* coniungitur; Tyrann. 7 gen. habet. *ἀποβονκολῆσαι*¹⁰⁾ quibus locis apud L. exstat, gen. caret; nam Bis. acc. 13 *αὐτῆς* ex *ἐραστήν* pendet. Navig. 4 *ἡμῶν* cum *ἀπολειφθεῖς* coniungendum est. *Τιμᾶν* illis locis "aestimare" sive "dignum putare aliqua re" est, quod ut exprimat L., *τιμᾶν τινά τι* (Demon. 40) vel *ἀξιοῦν τινά τινος* (Somn. 11. Dial. Mort. 12, 2, Demon. 3) vel *ἄξιόν τινος γίναι* (Vit. Auct. 27, Pisc. 48) dicit: *τιμᾶσθαι*, "aestimare aliquo pretio". L. cum dat. aut acc. pers. et gen. pretii iungit Pisc. 48, Prom. 4 et 10. *Καθίσθαι* apud L. cum *ἀπό* vel *ἐξ* iungitur¹¹⁾, *ἀποπνεῖν* rursus, quod in Am. cum *ἐκ* iungitur (c. 40 *ἐκ τῶν τοιχῶν ἀποπνεύουσαι*), apud L. usque cum gen. iunctum est (Navig. 2, Vit. Auct. 15). — Gen. temporis c. 39 (*προῖας ὥρας*), praeterquam quod vox *προῖας* a L. aliena est, a L. usu dissidet. Qui cum ita gen. temp. utatur¹²⁾, ut exprimat, intra quod spatium aut ex quo tempore quidque factum sit, hic gen. ita intellegendus est, ut tantum sit "horā matutinā". — De uno loco interpretando dubito (c. 37 *Αἰδώς ὄφελείας καὶ βλάβης ἀμφίβολός ἐστι δαίμων*), utrum gen. ad *δαίμων* an ad *ἀμφίβολος* pertineat. Illud si malis, hic quoque exemplum gen. qual. de quo supra dixi. habeas: hoc si placuerit, apud L. *ἀμφίβολος* cum casu nominis non iungi nisi cum acc., quem dicunt relationis, notandum est.

1) Gesner vertit: "assidua eruditionis (i. e. eruditorum) turba", ita ut gen. non pendeat ex *λατιωῆς* sed ex *παιδείας*. At *παιδείας* pro *πεπαιδευμένων* positum esse parum verisimile est nec exemplis probari posse videntur.

2) Plato dicit *λατιωῆς πρόσ τι* vel *περί τι* vel *πρό τι*. 3) apud L. tantum var. lect. Catapl. 8 est. Attici (Xen. Anab. I, 7, 2) *παρά τινος* dicunt. 4) apud Att. interdum cum gen. iungitur, multo frequentius sine adiectione est. cf. Steph. thes.

5) Gesner vertit: "amicitiae cognitor". 6) Gesner: "arbitram sermonum". 7) cf. Steph. thes.

8) *μεθαρμοστέω* sine casu legitur Nigr. 12. 9) *γυγαδέειν* apud Att. cum *ἀπό* vel *ἐξ*, non cum simplici gen. iungitur. Noli autem hoc loco *τοῦ βίον* ad *τὸ θῆλον* referre, talis enim interpretatio sensu recto caret.

10) Gesner vertit: "fallere amorem suum"; proprie est: "avertere animum a cupiditate". 11) Cobet Var. lect. p. 258 praepos. textui inseri iubet. 12) Schmid I p. 235.

3. De usu dativi.

Etiam cum dat. quaedam verba in Am. iunguntur, quibus L. non utitur. *Ἀσμενίζων* c. 4 (*ἀσμενίζοντας γενναίως*) dat. habet, cum c. 27 idem verbum (*ἀσμενίζομεν τὰς διατροφάς*) acc. habeat, quae structura usitatio est¹⁾. — c. 9 *ἐνοσιάζομενοι γενναίως* ut nusquam alibi. — c. 12 *ζατασιῶν* (*ζατήρητο βότρωναι*), quod apud alios scriptores usque cum praep. *ἐξ* iungitur²⁾. — c. 15 *τοῖς καλοῖς ἢ τῷ παρρησιάζει*. Pro *παρρησιάζειν* L. *ἐμποδῶν ἴστασθαι* (Gall. c. 10) utitur, alii cum acc. iungunt. — c. 19 *τῷ θνήσκοντι τὸ τιζόμενον ἀντιμέτρον*³⁾. — c. 29 *τὰς Μακεδόνων ἀνθροπλισμένας γλώττας* et c. 30 *ἢ Σπαρτιάταις ἀνθροπλισμένη Τελέσθια*; verbo *ἀνθροπλίζειν* L. non utitur, poëtae tantum cum dat. iungunt (Eur. Suppl. 666), Xenophon, qui unus praeter eos utitur, *πρός* c. acc. apponit. — c. 35 *ἐνεσυχολήσας τοῖς λογισμοῖς* (otium nactus ad nisi hoc loco Am. non invenitur. — c. 45 *τοῖς μαθήμασιν ἐναθλήσας*; alibi *ἐναθλέω* aut c. dat. aut cum *ἐν* c. dat. aut cum *πρός* c. acc. iungitur. — c. 45 *τράπεζα τῇ μετὰ μισθὸν ἐπιτήρησά παύσει*⁴⁾. Plutarchus (Mor. p. 87 E) *ἐπιτήρειν* de persona, non de re dicit. — c. 45 *τοῖς μεθ' ἡμέραν ζαμάταις ἐπιτρομιῶν* "qui diurnos post labores aliquantum quietis subiungat". Simplex *ἡρεμέω* nec Iud. voc. 4 nec Macrob. 23 dat. habet. — c. 39 *οὐδενὶ βλεπομένους*; pro *ὑπὸ* c. gen. ad alia passivi tempora atque ad perfecta vel plusquamperf. dat. adiungere poëtarum fere est, prosaicorum usus rarus est, L. non esse videtur. — Praeterea notanda esse videntur c. 3 *ὀμιλεῖς γενναίως ὁραῖως καὶ μετὰ παιδῶν*. *Ὀμιλεῖν* L. utique cum dat. iungit, nusquam cum *μετὰ* c. gen. — c. 13 *τῇ πύλῃ παρρησιάζειν*; dat. pro *διὰ* c. gen. mirus est. — c. 17 *ἐν Θεσπιῶς γενόμεθα*. L. *γίγνεσθαι κατὰ τι* dicit (Iup. trag. 16, Somn. 15, Imag. 10), semel Tim. 28 *ἐν τῷ πλονεῖν γενόμενοι ἐν* habet, ita tamen, ut locus non significetur certus.

4. De usu accusativi.

De usu acc. haec videntur monenda: c. 3 *ἐσθλῆς μέγιστον ποδῶν τῆν τροφήν καθεμμένην*. Quid hoc loco *τῆν τροφήν* sibi velit, non assequor. "Vestis ad pedes usque luxum demittens" cum ad verbum Gesner vertat, eo res planior non fit. Philops. 5 (*πάργονα καθεμμένος*) et Dial. Mer. 14, 3 (*Ἀνδρομέδα καθεμμένην τὰς κόμης*) cum illo loco Am. conferre vix licet, nam his locis acc. obj. sunt cum medio iuncti, in Am. *καθεμμένην* passivum sit necesse est. Nihil restat nisi ut *τῆν τροφήν* acc. relationis esse credas mirum in modum sane usurpatum⁵⁾. — c. 7 *Χελιδόντας ἐπερθέοντες*; apud L. *ἐπερθέω* non exstat, invenitur apud poetas et Platonem; apud illos autem est "currere per aliquid", non "ultra aliquem locum", velut *τὸ πᾶσι ἐπερθεῖν*, apud hunc per translationem "superare" est. — c. 15 *ἢ πρῶξις ἀκόντιον αὐτῶν ἐσθλάσας*; *σγᾶν* ita usurpatum, ut sit "reticere", metuo, ne apud L. frustra quaeras. — c. 19 *τῆν ἐτέρων φθορῶν ἄλλον γένεσιν ἐμυχανήσασθαι* et c. 53 *Μελιτιδῆν οἶτι με*; L. nec *μυχανᾶσθαι* nec *οἶσθαι* cum dupl. acc. obj. et praed. posuit. — c. 23 *μαρτυρεῖν ἡμ. γῆρας ἀρετῆς* acc. obj. habet, L. verbo aut absolute utitur, ut sit "testem esse", aut ita, ut *οἶτι* c. verbo sequatur. Semel Sacrif. 10 medium *μαρτυρεῖσθαι*

¹⁾ L. utitur verbis *ἀρρεῖσθαι* vel *ἀρρεῖν*.

²⁾ Cobet *ζατήρητο* scribere suadet, quae coniectura sane

probabilis est; *ἀρρεῖν* L. cum *ἐξ* vel *ὑπὸ* saepius iungit. ³⁾ c. 19 *ἐνοσιάζει* coniectura Cobeti est a Sommerbrodtio recepta pro *ἐνοσιάζεις*, quod Epist. Sat. 31 dat. habet (Var. lect. p. 257). Attici *ἐνοσιάζω*, quod sane usitatus est, cum dat. iungunt, sed L. apud quem *ἐνοσιάζω* non invenitur, *ἐνοσιάζειν*, verbum synonymum, Tox. 37 (*ἐνοσιάζομεν αἶμα ἐς κόλωνα*) cum *ἐξ* iungit.

⁴⁾ Gesner vertit: "sobrietatem instanti paullo post operi servans mensa". ⁵⁾ Nisi forte *τῆν τροφήν* ut glossam reicere mavis.

cum acc. obj. iungitur. — c. 27 *πλεονεξτεῖν* "superare" acc. regit (*θῆλεια τέρας πλεονεξτεῖ τὴν ἄσπερα*), L. nullo cum casu aut cum gen. iungit, ut sit "superiorem esse". — c. 20 *ἡ τουρκὴ τὴν γ' ἴσιν παρέρμοσε*. L. ut dicat, in quem quisque peccet, *παρέρμοσεῖν* utique cum *εἰς* iungit (Apol. 7, Pseudolog. 3, Peregr. 6). — c. 39 *καταζόρουσαι τὴν γ' ἴσιν; καταζόρουεῖν*, quo verbo L. non utitur, cum acc. pers. iungere Herodoti (6, 85: 9, 93) et Novi Test. (Luc. 11, 31) est. Atticos gen. uti notissimum est. — Denique huc trahendum videtur c. 44 *τὰ ὄργανα κοροῦντες*, quod Gesner vertit: "instrumenta manibus tenentes", proprie vero vertendum erat: "instrumenta moderantes vel tractantes". Ubicunque *κοροῦεῖν* apud L. legitur, aut absolute ponitur (Dial. Deor. 12, Pise. 24, Abdic. 4) aut cum gen. iungitur (Dial. Mort. 14, 2: 6, 3: 12, 6 et 7; Navig. 37; Paras. 27, Dial. D. 17, 1), accus. nullo loco repperi.

c) De verbis.

1. De usu temporum.

Quas du Mesnil in usu temporum L. proprietates observavit, eadem fere in Am. exstant. Praes. hist.¹⁾ invenitur c. 10 (*δοκεῖ*²⁾ et 11 (*βαδίζομεν*), imperf. ter pro aor. (c. 9 *ἤζιονν*, c. 10 *ἐπιγρόμην*, c. 14 *εἶχε*), rursus ind. aor. ter pro imperf. (c. 14 *ἔδεξάμην*, c. 33 *παρέσχεν*, c. 49 *ἐκοιμήθη*), conj. aor. pro conj. praes. semel (c. 41 *ἐπιφρονέζη*) exstat, similiter conj. aor. (c. 10 *παρασθῶσιν*), ubi *ἐπεὶ* cum opt. praes. expectaveris. Infin. aor. pro praes. sex locis observavi (c. 13 *διαθῆσαι*, c. 27 *ἀντιπαρουσεῖν*, cum tamen paullo ante *σκοπεῖν* exstet, c. 27 *ἐύφρανθῆναι*, c. 37 *ὀφθῆναι*, c. 48 *αἰσθῆσθαι*, c. 53 *ἀρῆσασθαι*) Omnino Am. auctor c. 47 imperfectis et aoristis, ut narret, quae a paribus amicorum prioribus temporibus gesta sint, promiscue uti videtur. Aor. gnomicus quattuor locis invenitur (c. 22 *ἔπωσέχθη*, c. 27 *ἀπηλλάγησαν*, c. 53 *ἀπέστη*, c. 54 *ἐπάταξεν*). Frequentissimus est usus perfecti, similiter atque apud L. cum ceterorum modorum tum participii: Indic. perf. exstant c. 3, 5, 22 (bis), 37, 38, 41 (bis), 50 (bis)³⁾, 54; imperativus c. 3; infin. c. 41 (bis), 50; participia, quibus qualitates designantur⁴⁾, c. 5 (bis), 6, 12 (bis), 14 (quater), 20, 29, 30, 32, 33 (bis), 34, 36 (bis), 37, 38, 40 (bis), 41 (bis), 42, 48, 50, 53 (bis): plusquamperfecta c. 5 et c. 12. Itaque ex usu temporum ad diiudicandam quaestionem nihil effici potest.

2. De usu generum verbi.

Etiam in hoc usu quibusdam rebus, quas L. proprias esse observatum est, Am. cum eo congruunt, velut quod c. 3 (*παράσχον*) et c. 36 (*παρέχονται*) media inveniuntur, c. 33 (*παρέσχεν*) et c. 22 (*ἀντιπαρουσεῖν*) activa: Sommerbrodt⁵⁾ enim demonstravit L. activo et medio verbi *παρέχειν* promiscue uti. Neque med. *διαχορονμένης* c. 14 a L. abhorret, qui saepius hoc med. quam act. utitur⁶⁾. Deinde quod Am. bis (c. 19 et 32) *ἐργαζόμεσθαι* med. cum acc. obj. iungunt, monendum est L. verbi simplicis medio uti solere. Denique Am. aeque ac L. *χαλῶν* et transitive et intransitive utuntur (c. 27 *χαλασῶσης τῆς ἀλγηδόρος*, c. 1 *γορνίδων χαλασθέντες*).

Sed pluribus in rebus Am. a L. usu generum verbi abhorrent. Activo verbi *ἰδοῦσιν*, quod praeter Am. c. 6 (*ἔμειντόν ἰδοῦσαι*) uno loco Asini, libri suspecti, (c. 35 *ἰδοῦσαι ἡμᾶς ἔγνωσαν*)

¹⁾ p. 10 sequ. Schmid 1, p. 239. ²⁾ Sommerbrodt ex Sakrorraphi conj. *ἰδοῦσι* scripsit. (Mnemosyne XXI p. 268 sequ.) ³⁾ de *παρέχων* vid. supra p. 10 adn. 11. ⁴⁾ Schmid 1 p. 240. ⁵⁾ Adn. ad Gall. c. 13 et ad Icaromen. c. 16 (Ed. theod. p. 47 et 85). ⁶⁾ Schmid 1 p. 239.

legitur, L. non utitur: dicit pro eo *καθίζεν*. — Activa *ἀμπέχω* (Am. c. 13) et *ἀποπειρώω* (c. 26) L. non usurpat, media saepius habet. — Saepius in Am. media exstant (c. 34 *ἐπιτεθειμένη λήθηρ*, c. 46 *ἐντολὰς ἐπιθήσομαι*), cum L.¹⁾ (Tim. 16 *ἐπιθήσω*, Catapl. 9 *ἐπιθῶ* et 13 *ἐπιτιθέντα* active utatur. — Am. c. 59 *ἀριθμησάμενος* med. legitur, L. verbi *ἀριθμῆν* act.²⁾ et pass. habet, non habet medium. — c. 33 *ἐσπευσμένα χοῦν*³⁾ fieri non potest, quin med. sit, cum L. *σπεύδω* active et intransitive uti soleat. — c. 37 *πρὸς τὸ βονλόμενον*⁴⁾; si *βονλόμενον* passive usurpatum est, id quod credible non est, is usus admodum singularis et a L. plane abhorrens est. sin *βονλόμενον* active est “quod vult”, durissima *βουολογία* est, cum “ad se duci” supplendum sit. — Med. *ἐκκαλέομαι*, quod ter in Am. (c. 1 *ἐκκαλέσασθαι*, c. 22 *τὴν ὄρεξιν ἐκκαλεῖται*, c. 53 *ἐκκαλεσάμενος τὴν μνήμηρ*) legitur, L. non utitur. — c. 31 *ἐπενοήθησαν φιλοσοφεῖν*; apud L. *ἐπινοῶω* et semper act. est neque unquam cum inf. iungitur⁵⁾, acc. obj. habet; aoristo utitur *ἐπενόησα*. Activum Am. quoque plus semel habent (c. 28 *ἐπινοήσας*, c. 33 *ἐπινοεῖν*, c. 34 *ἐπενόησαν*, c. 35 *ἐπινοηθέν* pass.) *Ἐπενοήθησαν* igitur duabus de causis singulare est, et quod aor. pass. vim act. habet et quod inf. sequitur⁶⁾. — c. 22 *ἠροζούμεθα*. Bieler⁷⁾ L. *ἀροεῖν* praeter tres locos librorum spuriorum aut suspectorum utique active posuisse demonstravit. — c. 51 *ἐντιχῶνται*. L. *ἐντιχῶν* utique active ponit, praeter locum de mere. cond. 12, quo *ἐντιχῶνται* tamen non est dubium quin passive interpretandum sit. In Am. med. est. — c. 52 *παρηγορησάμηρ*; nec *παρηγορεῖν*, quae forma verbi apud Atticos est, nec *παρηγορεῖσθαι* L. habet. — Denique compluribus locis Am. infinitivi ad adiectiva ita pertinentes, ut ea accuratius definiantur, passivi sunt, cum L.⁸⁾ activis uti soleat (c. 37 *σεμῶν ὀφθῆναι*, c. 39 *δυσκλιδορίστων ὀνομασθῆναι*, c. 53 *ἀπρεπὲς λέγεσθαι*, c. 54 *ἀσχαρὰ λέγεσθαι*, c. 41 *ἄξιον πεπεδῆσθαι*).

3. De usu modorum.

Hac quoque in re Am. multis rebns cum L. conveniunt. Quae Heller⁹⁾ de enunciatis finalibus apud L. observavit, ea Amorum quoque propria sunt, velut quod *ἦρα* antecedente tempore historico cum conj. iungi solet (c. 19, 21, 32, 35) et quod *ἔπως* c. conj. vel ind. fut. iungitur (c. 17, 32, 27). Sed in eo Am. a L. discrepant, quod apud hunc *ὥς* finale frequentius est quam *ἔπως*, in illis ter *ἔπως*, semel *ὥς* invenitur; cui tamen rei multum non tribuerim. — In enunciatis consecutivis saepius *ὥς* cum inf. quam *ὄστε*, quod uno loco (c. 37 *ὄστε καλεῖσθαι*) exstat, usurpatur (c. 2, 10, 21), hoc quoque ex L. genere dicendi. — In enunciatis conditionalibus¹⁰⁾ L. *εἰ* c. opt. in protasi uti solet, cum in apodosi ind. praes. vel fut. ponit. Similiter Am. c. 12, 26, 27, 43, 46 nec non c. 22, ubi *ἐλομένων* pro *εἰ ἔλονται* est. — Proprium porro L. est *ἐάν*, *ὅποταν*, *ἐάν*¹¹⁾ cum opt. iungere; *ἐπειδὴν* vero nisi in libris suspectis cum opt. non invenitur. Hoc autem Am. c. 16: *ἐπειδὴν θελήσειε, διεπέτινε* exstat¹²⁾. Nec quod c. 39 *εἰ ἂν ἴδοι τις*,

¹⁾ Phalar. 1, 2 *ἐπιθέμενος τῇ ἀρχῇ* “aggredi” est, non “imponere”.

²⁾ Vit. Auct. 3, Ind. Voc. 2, Gall. 29.

Idem verbum Am. 21 passive usurpatur (*ἀριθμοῦνται*).

³⁾ Gesner vertit: “urgentes illae indigentiae”.

⁴⁾ G.: “agens in id quod appetitur”.

⁵⁾ Bieler de salt. p. 15.

⁶⁾ Quod c. 16 codd. exhibent *ἐπινοήθησαν*,

cum Jacobitzio, Bekkero, Dindortio in *ἀπενοήθησαν* mutare malim. Sin Sommerbrodtium, qui *ἐπινοήθησαν* retinet, sequaris, etiam hoc loco singularis illius aor. pass. vi act. positi exemplum habeas.

⁷⁾ de salt. p. 16.

⁸⁾ de cyn. p. 11—12. ⁹⁾ Bieler de cyn. p. 11; tamen Prom. es in v. 3 *χαρίεντα ὀφθῆναι* legitur.

¹⁰⁾ H. Heller.

Die Absichtssätze bei Luc., in “Symbolae Iochimicae”, Berlin 1880, I p. 283.

¹¹⁾ Schmid I p. 243—4. ¹²⁾ du Mesnil p. 19—21, Chabert p. 198.

¹³⁾ Bieler de paras. p. 7 “verstösst gegen alle Regeln Iucianischer Syntax”. Sommerbrodt codd. auctoritate neglecta *ἐπειδὴ* scribit.

νομισι legitur, veri L. esse videtur. Quod autem e. 46 in apodosi *ἄν* apud opt. omittitur (*ἀπλῆσάμην**, eo Am. cum L. consentiunt. — Bis in Am. opt. cum *ἄν* invenitur, ubi Attici ind. irream cum *ἄν* posituri fuisse videntur (e. 31¹⁾ *εὐξάμην ἄν. εἶπερ ἦν ἐν δυνάτῳ, τὴν πλ. ἐστίνα* et e. 50 *ὥστε εὐξάμην ἄν, εἶπερ ἦν ἐν δυνάτῳ. θ). γενέσθαι, ἴνα βυδίζουτε*.) Opt. L. ita usum esse nondum demonstratum esse videtur. — Enuntiatorum optationes exprimentium apud poetas, imprimis Homerum², prima verba *ὥς ὄγγελον* saepe sunt consequente infinitivo. Similiter Am. e. 41 *ὥς ὄγγελον δράζοντες εἶνα* legitur. Apud L. bis *ὥς ὄγγελον* legitur (Fugit. 11, Ver. Hist. 1, 16), nullus tamen infin. adiunctus est. — In enuntiativis temporalibus quattuor locis³⁾ *ποῖν ἢ* e. inf. antecedentibus usque enuntiativis affirmantibus usurpatur (e. 2 *ποῖν ἢ λήξαι*, e. 25 *ποῖν ἢ γνωσθήναι*, *ποῖν ἢ ἐπιδορμεῖν*, e. 53 *ποῖν ἢ ἠυῖσαι*). L. *ποῖν* nullo ἢ adiuncto cum inf. ponit; quibus locis *ποῖν ἢ* legitur, ei ex libris maxime suspectis sunt (Asin. 18, Paras. 42, Sacrif. 14) — Mirus et a L. stilo alienus e. 10 conj. cum *ἄν* est (*ἐπειδὴν περυσθῶσαν, ἀπεστέλλοντο*), ubi ratio Atticorum, quam L. quantum video, sequitur, opt. simplicem desiderat, ut rem tempore praeterito iterari expriment⁴⁾. Ut ad usum infin. in Am. veniam, primum monendum est L. *ποθεῖν*, quod Am. e. 1 cum inf. iunctum est (*ποθεῖσαν ἀπέσθαι*), consuesse cum acc. obj. iungere. — *ἀρχέσθαι* e. 46 (*ῥῆν οὐκ ἀρχέσθαι*) e. inf. iungitur, cum L. aut acc. nominis aut participii nom. vel gen. adiungat. — e. 37 (*εἰ πάθος προσήγορον ἔχεν ἔτιγε*) *τηγάνειν* inf. habet, apud L. talem nullum inveni. — Inf. absoluto L. saepe utitur, sed pro eo⁵⁾, quod est e. 22: *καθόλον εἶπεῖν*, is *ὥς εἶπεῖν, ὥς ἔπος εἶπεῖν* dicere solet. — Denique participium uno loco (e. 36 *μετεροῖεν γενόμενος Ἐλλην*) aliter atque apud L. usurpatum est, qui *μεταροῖεν* cum *ἐπί* e. dat. iungere solet. Nam, quod est e. 37 *ὥς ἄν τήνια γορονῶν*, particulae *ὥς* cum partic. et *ἄν* coniunctae Du Mesnil⁶⁾ e L. aliquot exempla affert⁶⁾.

d De praepositionibus.

In praep. *ἀμφί, ἀνά, ἀντί, ἐπί, παρὰ, περὶ, πρό, ἐπέω* utendis auctorem Am. a L. dissidere non observavi. 1. *ἀπό*, e. 34 *τὴν ἀπό τοῦτοσ μίμησιν* L. repugnat; et *μίμησιν*, quod voc. in genuinis libris rarum est (de dea Syria e. 28), et *μίμημα*, quod frequentius est Nigrin. 2, cum gen. iungitur. Etiam e. 42 *ἔξοδος ἀπὸ τῆς οἰκίας* iustam dubitationem movet. — 2. *ἐξ*. *ἐξ ἐοιθησῶν* tantum Am. e. 38 exstat; usus adverbialis quidem praep. *ἐξ* a L. alienus non est; quae enim leguntur Am. e. 44 *ἐξ ἐναντίον* et e. 48 *ἐξ διαδοχῆς*, L. quoque habet; non habet *ἐξ τοῦ περιόντος* e. 33, pro quo Apolog. 13 *ἐξ περιπτοῦ* invenitur, non (Am. e. 50 *ἐξ δευτέρου*, non (Am. e. 5 et 50) *ἐξ ἑπογνίου*, neque quod est e. 48 *μαθήμασιν. ἐξ ὧν τὸν βίον ὄνησεν*, apud L. inveneris, qui Dial. D. 26, 1 *ὀνομάσαι* cum partic. iungit (*διδάξας ὄνησας*). — 3. *εἰς*. Dubito, num L. dixerit *εἰς ἄκρον ἔχον*, cum Prom. 1 *κατὰ τὸ ἄκρον* legatur, etiam *εἰς τοῖς ἐγῆβρος καθεῖς* (e. 2, et *ἀρπαζῶν εἰς αὐτόν* (e. 2) mirum videtur. Pro *ἐξ προφασιν* certe (e. 41) L. plus semel *ἐπί προφάσει* dixit. — 4. *ἐν*. Bis in Am. (e. 31 et 50) *ἐν δυνάτῳ ἦν* exstat, quod apud L. non est; quod enim Abdic. 2 *ἐν δυνάτῳ* est, “inter res quae fieri possunt” interpretandum est. — 5. *σὺν*. *σὺν δευτέρῳ δάμοσι*,

1) Hoc *εὐξάμην* Sommerbrodt contra eodd. fidem in *εὐξάμην* mutat. “quia optatur, quod quis fieri scit non posse”. At ita alterum quoque *εὐξάμην* e. 50 in *εὐξάμην* mutandum erat; hoc autem loco opt. ab auctore Am. scriptum esse opt. *βυδίζουσι* confirmatur. 2) Krüger, Dial. Syntax § 54, 3, 5. 3) Attici num *ποῖν ἢ* usurpaverint, valde dubium est, et. Krüger ad Thucyd. V, 61, 1; Syntax § 69, 58. 4) Cobetum contra eodd. auctoritatem *ἐπειδὴ περυσθῶσαν* scribere suadentem cum Sommerbrodtio non sequor. 5) Bieler de paras. p. 7. 6) p. 24 C.

quod Gesner vertit "malis auspiciis", singulare est: ne *σὺν δαίμονι* quidem L. habet. Pro *σὺν* Am. (c. 19 *ἀ σὺν γυναιξὶν ὁμιλίᾳ*) L. (Sacrif. 6 *πρὸς* c. acc. habet. — 6. *δαί.* L. *δαί* c. gen. adj. vel pronom. adverbiorum loco utitur *διὰ βραχέων, ταχέων, μαζοῦ, ὀλίγων, μέσων, πολλοῦ, πασσῶν*), cum gen. subst. *δαί* hac vi non iungit, quod tamen tribus Am. locis fit (c. 13 *δι' εὐμαρίας*, c. 17 *δι' ἡρεμίας*, c. 23 *δι' ὀλιγορίας*). Pro *δι'* *ἄζων* *δακτύλων* (Am. c. 53) dativum habet (Bis acc. 8 *ἄζων τῷ δακτύλῳ φράσσωντες*. — 7. *μετά* c. gen. De iis, quae leguntur Am. c. 22 *ἀ μετὰ γυναικῶν ὁμιλίᾳ* et c. 28 *ἀ μετὰ ἁρσένων ὁμιλίᾳ*, idem valet, quod de usu praep. *σὺν* dixi. — 8. *πρὸς* c. acc. Cum Am. c. 1 *τὰ κεκμηγότα πρὸς τὰς σποράδας ὄντα* ad *ζάμνεν πρὸς* adiugetum sit, L. (Tox. 60) *ζάμνεν ἀπὸ τρυάματος* dicit, nisi forte *ἐπὶ*, quod est in cod. Q. legendum est. Eodem loco *ὀξὺς πρὸς Ἀγροδίτην* est, pro quo acc. rel. expectaveris. Quod est c. 9 *τῷ πρὸς τὸ θῆλε μῖσει*, L. aut *μῖσος κατὰ τῶς* (Abdic. 30) aut *μῖσός τῶς* (ibid. 24) dicit. Quae sunt c. 7 *πρὸς ὀλίγων*, c. 28 *πρὸς τὸ λοιπόν*, c. 33 *πρὸς τὸ βέλτων*, in iis Am. a L. non recedunt¹⁾. — 9. *ἐπὶ*. Quod c. 32 legitur *ἐπὶ φουρῶς δεθέν*, cum L. non convenit, qui *δέω* cum *ἐπὶ* c. dat. iungit (Tox. 32, Apol. 1). Ceterum praep. *ἐπὶ* et cum dat. et cum acc. Am. eadem ratione ac L. utuntur. — 10. Postremo loco de praep. *κατὰ* dico, cuius cum gen. usum accuratius exploravit Przybilla²⁾. Qui priore loco de usu locali tripartito ita egit, ut *κατὰ* significare et locum, unde motus inciperet, et, quo motus desisteret, et totum spatium percursum demonstraret. Ex Am. quoque exempla congeffit. Quorum primum (c. 16 *κατὰ περιῶν ἐνεχθέντα*³⁾), cum apposito *μασὶν* evincatur verba aliunde petita esse, ad stilum Am. nihil pertinet. In altero, quod affert⁴⁾ (c. 41 *λίθους κατὰ λοβῶν ἠσθημένους*), ipse observavit verbum movendi desiderari, cum in omnibus exemplis L. movendi verba utique cum *κατὰ* iuncta sint. Quae duo exempla praeterea affert, ut *κατὰ* locum, quo motus desistat, significans illustret, ea cum L. congruunt⁵⁾ (Am. c. 16 *εἰ δὲ φασίως κατὰ τῆς τρυπέλης ὑγιειν* et c. 20 *κατὰ περιῶν δέ, μασὶν, ἀγόνων σπεύδοντες*), quamquam alter locus, id quod idem *μασὶν* indicat, aliunde decryptus est. Similiter quod tertio prioris partis loco ex Am. citat (c. 6 *κατὰ τῶν κόλων τὰς ὀθόνας ἐκχέαντες*⁶⁾), eo totum spatium percursum indicari ut saepius apud L. recte observavit⁷⁾. Congruunt porro Am. cum L. de *κατὰ* *ρότων* (Am. c. 28) et *κατὰ* *ζύματος* (Am. c. 16) et *κατὰ* *κόλπον ὄσου* (c. 43⁸⁾). Sed Am. c. 22 (*ὄσου τῆρ ἐργῶν κατ' ἕδατος εἴληχε λίξιν*) usus eius praep. singularis est: nam quod Przybilla ex Hale. c. 1 *τὰ κατ' ἕδατος διατιόμενα* affert, Haleyonem non esse L. constare videtur. De iis, quae deinceps de usu metaphorico praep. *κατὰ* disputat, monendum est *κατ' ὄλον* (Am. c. 22) apud L. nisi uno loco (Iud. voc. 3) non inveniri, cum id tamen bis in libello spurio Cynici (c. 8 et 12) legatur. — *κατὰ* c. acc. apud L. aut locum, per quem quid fit, aut tempus aut modum, quo quid fit, declarat⁹⁾. Prioris vel alterius generis discrepantiam in Am. repperi nullam, cum illud *κατὰ* in Am. bis (c. 18 et 37), hoc sexies (c. 15, 24, 27, 33 bis, 45) legatur: neque de usu praep. *κατὰ* adverbiorum loco modum exprimentis, sive ea cum substantivis iuncta est (quinqies in Am. c. 5, 7, 22, 23, 43), sive cum adiectivis vel pronomibus (sexies in Am. c. 5, 15, 20 34, 33, 27) a L. abhorret et vel ea re cum eo convenit, quod *κατὰ* plus semel more poëtico causam aut finem declarat¹⁰⁾ (c. 3 *κατὰ τῆρ Ἀγροδίτην*, c. 11 *κατὰ θεῶν*, c. 17

¹⁾ Du Mesnil p. 37. ²⁾ De praep. *κατὰ* et *ἀπὸ* usu Luciano. diss. in. Regimontii Bor. 1883; pars I. Non egit de usu praep. *κατὰ* c. acc. iunctae neque de *ἀπὸ*. ³⁾ p. 13. ⁴⁾ p. 21. ⁵⁾ Hue refero etiam Am. c. 36 (*ἀνάγκη κατ' αἰχέωνος ζυγῶν ἡμῶν ἐπιθίσασθαι*), de quo p. 27 disseruit. ⁶⁾ Gesner vertit: "per rudentes vela cum effudissemus". ⁷⁾ p. 23. ⁸⁾ p. 29. ⁹⁾ Du Mesnil p. 34. ¹⁰⁾ Du Mesnil p. 34.

καὶ ἐνσέβειαν, c. 30 κατὰ σοφίαν. Duobus tamen locis Am. a L. discrepant: cum Am. (c. 15) κατὰ τοῦτο ἐθαυμάζω habebant, L. θαυμάζειν ἐπὶ τῷ dicit, et cum Am. (c. 6) καὶ οὐδὲν ἐλάττωσι δοῦζω exhibebant, L. cum comparativo simplex οὐδὲν iungit.

Quae adverbia loco praepositionum in Am. inveniuntur, ex iis ἐκτός¹⁾ (c. 4), μεταξύ (c. 17), ἐντός (c. 41), χωρὶς (c. 42), ἐνδοτέρω (c. 41), praeterea ἄλλοι et μέγχοι, cum quibus aut gen. loci (c. 14 ποδός, c. 40 μεταγορέων, c. 3 et 41 ποδῶν, c. 40 ἀγορέων) aut temporis (c. 47 θαράτων, c. 49 ἀκμῆς, c. 10 χρόν., c. 25 ἡλικίας) aut rei efficiendae vel effectae (c. 31 παιδιᾶς, c. 38 τέκνων, c. 21 νόσον, c. 54 καθέζεσθαι, c. 21 ἰεροσολῶν) iungitur, simili atque a L. ratione usurpantur, nisi quod ἄλλοι apud hunc rarius quam μέγχοι cum gen. subst. vel pron. iungitur: δίχῳ vero (Am. c. 38 δίχῳ τῆς πρὸς γενεῶνας σερρόδου) apud L. non exstat, et εἶσω (c. 13 εἶσω τοῦ νεῶν παρῆμεν) L. ita tantum ponit, ut praep. εἰς cum artic. antecedit (Sacrif. 13 ἐς τὸ εἶσω τῶν περιουσιμηρίων, Navig. 38 ἐς τὸ εἶσω τῶν ὕδων)²⁾.

e. de negationibus³⁾.

Proprum est L. negatione μή uti in enuntiatis declarativis et causalibus conjunctionibus ἐπεὶ vel ὅτι vel ὥς antecedentibus, in enuntiatis relativis, a quibus vis condicionalis absit, cum participiis vi condicionali carentibus, cum infinitivis omnis generis, ita tamen, ut talia enuntiata vel participia vel infinitivi οὐ quoque admittant. Certa quaedam ratio adhuc latet. Quo in usu neg. auctor Am., quantum perspicio, cum L. utique convenit. Nam μή et c. 4 ἐπεὶ μηδὲ εἰς ἕτερόν σε ὕπερτα ὄρεῶν in enuntiato causali invenitur et satis multis locis μή cum part. iunctum est vi condicionali carentibus (c. 2 μηδὲ δειράμενα, c. 14 μήτ' ἄγων προσεσταμέναι μήτ' ἐκκεχρμέναι, c. 23 μηδέπω ἐχόντων, c. 26 μήθ' ἔπορευομένης, c. 35 μηδὲν ἐόντος, c. 44 μηδένα προσβλέπων, c. 53 μηδὲν ἔγρος καταλιπών, c. 36 τοῖς μή δυναμένοις λογιζέσθαι, quamquam hic fortasse vim condic. statuere licet⁴⁾, cum rursus haec habeas participia nulla vi cond. cum οὐ iuncta (c. 21 γενναχθέντες, ἔχοντες, c. 11 ἀμπεροόσης, c. 17 πεζούσης, c. 33 ἐσχαλῶν, ἐόσης, c. 37 δειραμένου, c. 49 παρούσης. Locum, quo pro Atticorum μή in Am. οὐ exstet, qui usus dicendi a L. alienus non est⁵⁾, repperi nullum, nisi forte c. 17 μέμνησθε, ὥς ὁ τίμερον ἠτηθεις οὐκέτι αὔθις ἐροχλήσει. Sed huic in usu neg. Am. cum L. congruentiae nihil tribuo, nam ceteri quoque illius aetatis scriptores velut Herodes Atticus et Dio Chrys. οὐ et μή fere promiscue usurpant: contemnendae vero minime sunt gravissimae Am. a L. discrepantiae in usu particularum quarundam, de quo proximo loco agemus.

f) de particulis.

Cum longum sit explicare, quae particulae aut simplices aut copulae in Am. pari atque a L. ratione usurpatae inveniantur, velut μὲν γάρ, μὲν οὖν, καὶ γάρ, formulae adseverandi vel obstandandi, ea afferre satis habeo, quibus Am. a L. discrepant. Atque primum quidem καὶ

¹⁾ Ad ἐκτός gen. τοῦ ἐπὶ supplendus esse videtur. ²⁾ Uno loco Asini (c. 40) ἔμαι εἶσω δρόμῳ est gen. non adiuncto. ³⁾ Du Mesnil p. 10 sequ.; Schmid I p. 245—17; Chabert p. 201 "ou chercherait vainement chez Lucien un critérium précis de l'emploi de οὐ et de μή".

⁴⁾ Quem praeterea locum Schmid ex Am. c. 17 affert (γενναχθέντες οὐδ' ὅτι μηδ' ἐν τῷ θῆλει προσάθεν εἶνα τὸ θῆλυ). is huc non pertinet: nam negatio μηδ' ad fin. ex βούληθεις pendentem trahenda est, verba autem οὐδ' ὅτι pro adv. extra enuntiatum structuram posita sunt. ⁵⁾ Du Mesnil p. 46.

μήν semel in Am. c. 5 legitur, cum apud L. frequens sit¹⁾. — Deinde decem locis Am. *γῆ μήν* legitur, cum rarissime genuini L. libri eo utantur. Locos collegit Bieler²⁾. — *ἀλλά τοι* praeter Lexiphanem (c. 12)³⁾ et Encom. Dem. (c. 23)⁴⁾ tantum Am. c. 23 invenitur. — *δή καί* (c. 10 *ἑώρων δή καί τεχνίματα* L. usurpasse non videtur, cum *καί δή* saepius habeat⁵⁾. — *τί δή,* quod est Am. c. 24, L. non habet. — nec L. *γαῖα οὐδέ,* quod Am. c. 30 est, nec *καί οὐδέ* (c. 33) postuisse videtur, neque *ἐπειδή μήλα* (c. 6) apud L. inveni. — Si illud verum est, quod Joost⁶⁾ observavit, particulam *ὥσπερ*, quae multo frequentius a L. usurpatur quam *καθάπερ*, ita tamen, ut nullo modo constitui possit, qua re usus alterius ab altera differat, in libris rhetoricis saepius, rarius in posterioribus usurpari, cum auctor Am. octies *ὥσπερ* (c. 5, 15, 19, 31 bis, 32, 48, 53, ad quod accedit *ὥσπερ* c. 25 bis *καθάπερ* (c. 4, 39) posuerit, etiam eo Am. a stilo L. recedunt. Nam cum supra demonstravisse nobis videamur, Am. a L. adulescente scribi non potuisse, sed, si modo L. sint, eidem aetati attribuendos esse, qua ceteri Lycini dialogi scripti sint, etiam hoc grave argumentum contra originem Lucianeam Am. esse puto⁷⁾. Praeterea *ὥς*, quod apud L. potestate comparativa rarum est, hac vi non minus novies (c. 10, 16, 20, 34, 39, 46, 47, 49, 52) in Am. invenitur. Joost⁸⁾ porro observavit simplex *πλήν* tribus locis Am., ad quos duos addo (c. 31 *πλήν ἐπὶ τοῦ ἀμύχανον* et c. 34 *πλήν ἐξάσθη γέ τότῳ ἀνέτιλεν*) adverbii loco usurpatum esse, cum L. plerumque praeter paucos libros, de quibus v. d. seorsum agit, *πλήν* et *πλήν ἀλλά* et *πλήν γέ* vel *πλήν ἀλλά γέ* variare soleat. Idem *πλήν ὅσα ἐπιζούπτεον*, quod Am. c. 13 est, admodum singulare esse intellexit. Etiam illud monet, quod simplex *γέ*, qua part. L. saepissime utatur, pro exemplis L. raro in Am. (c. 12, 25 ter, 27, 34, 37, 52, 54) occurrat, eo Am. suspectos fieri⁹⁾. — Denique *ἀφ' οὗ* "nomme", quod est Am. c. 17, Bieler¹⁰⁾ in genuinis libris L. non inveniri observavit.

Multis igitur rebus ad grammaticam pertinentibus Am. a L. stilo differunt, quamquam negari non potest haud paucis, quae L. propriae sint, eos cum L. consentire: magis autem illorum ab hoc discrepantiam apparituram esse confido, si accuratius examinaveris, quibus vocabulis auctor Am. utatur, eaque cum copia verborum L. contuleris: multa vocabula in Am. inesse videbis, quae aut apud L. omnino non inveniuntur, aut, sicubi L. iis usus est, alia potestate vel alia forma aliove genere numerove usurpata sunt atque a L., licet in hoc genere nonnulla ad casum referenda esse videantur.

B. De delectu vocabulorum¹¹⁾.

a. de substantivis.

Quae substantiva in L. libris casu quodam desiderari videntur, sive nullo loco scriptori facultas iis utendi dabatur, sive alius casus in causa est, haec esse puto: *ἀγριόλογος* c. 22,

¹⁾ Joost, Partikelgebrauch p. 171. In suspectis libris rarum est praeter Parasitum. ²⁾ Bieler de paras. p. 11—12; Joost p. 172, 176; Schmid I p. 421. ³⁾ In iis, quibus hic *ἔπειτα* invenitur. ⁴⁾ Liber pro adulterino habendus est. ⁵⁾ Pro imagin. 26 eod. A habet *ἀλλά δή καί*, Sommerbrodt scribit: *ἀλλὰ καί*, Frützsche *ἀλλ' ἴδι, καί*.

⁶⁾ p. 182. O. Schmidt p. 8 contra *καθάπερ* in prioribus L. libris saepius inveniri quam in posterioribus investigasse sibi videtur. ⁷⁾ *ὥσπερ* L. non habet praeter Asin. c. 56. ⁸⁾ p. 169: "Ferner haben nur einfaches *πλήν* die sehr anrühlichen *Ἐρωτες* c. 50, 51, 53, wo *πλ.* einen Nebensatz mitten in der Periode einfleitet, während es sonst so zu sagen mit vollem Athem einsetzt": p. 167: "*πλήν ὅσα* c. infim. ein syntaktisches Unikum bei L."

⁹⁾ *ἀλλήλων* γ, quod Joost ex c. 28 laudat, Pindorfii lectio est; nec Jacobitz nec Sommerbrodt γ hic receperunt. — Idem errat, quod *μεταξὺ* c. partic., quo L. saepe usus est, ab Am. abesse dicit: c. 29 *μεταξὺ παιδωνόμενος* exstat. ¹⁰⁾ de cynico p. 10 adm. ¹¹⁾ In hoc loco tractando praecipue Jacobitzii

ἄλλῃ c. 3, ἀναπαστηριον c. 18, ἀστοχία c. 16 (adj. ἄστοχος L. utitur), αἰχμημα c. 30, βαθμός c. 53 (Trag. v. 221 es¹), ἐρτομή c. 44 (τομή L. habet), ἐρέτης c. 8, ἐγκολία c. 5 (ἐγκολος L. habet), καζοδιαμονία c. 39 (L. καζοδιαμόνωος habet), κάπρος c. 22, κλειδογύλα² c. 14, λίκαινα c. 22, μεσό-
 ζοία c. 6, ὀρηγορίζ c. 10, οὐλότης c. 40, πιάτης c. 14, πλάστηξ c. 4, πλοκή c. 40 (L. συμπλοκή
 et περιπλοκή habet), πρόχος c. 39, προπομπία c. 18, σέπη c. 34, σάρος c. 33, σενείδης c. 49
 (L. σένουα habet), τέμενος c. 27, ἑγή c. 34, χιτωνίσκος c. 44. — Multa autem subst. sunt, quae
 in Am. alia vi usurpantur atque a L. Ἀγωνία c. 30 “certandi studium” est, apud L. (adv.
 ind. 8) “certamen” — ἀπόμασις c. 48 “affirmatio”, apud L. (Gall. 11) “negatio” — ἔλατες
 c. 26 et 40 “anuli vel cincinmi”, apud L. (Ver. Hist. 1. 8) “pampini” sunt — εἰζέρετα c. 11 “ars,
 dexteritas” est, apud L. (Prom. 9) “propensio, animus propensus” — ἱστορία c. 8 “narratio”,
 apud L. aut “investigatio” (de laps. 7) aut “historia” (Herod. 1. Hist. conser. saepius) —
 κατάδρασις c. 34 “perflugium frigeris”¹), Ver. Hist. 1. 33 “descensus” est — κέρας c. 6 “antenna”,
 quae a L. κοραία dicitur, apud L. “cornu” — κοθή c. 15, 20, 39, 44 “cubile”, apud L. (Ep.
 Sat. 21) “arca” — κόμη c. 12 “coma arborum” (apud L. γύλλα), apud L. proprie “capillus”
 est — κληδόν c. 49 “fama”, apud L. (de laps. 9, Icar. 6) “vox divina” — κορυφή c. 18 “cacumen
 arboris”, apud L. “vertex” vel translative “res summa” est — λείφανον c. 3 et 7 de rebus sola
 mente percipiendis, a L. de corporeis dicitur — μεταίχμιον c. 21 “intervallum loci” apud L.
 “int. temporis” est — μέτρον c. 21 “eumulus sc. voluptatis” apud L. “modus” est — μῆκος
 c. 12 “rem longam”, apud L. “longitudinem” significat — μύωψ c. 2 “venustas”, apud L.
 “calcar” vel “oestrum” est — ὀόδιον c. 6 propriam vim habet, a L. (Tox. 19 et 55) translative
 usurpatur, ut idem sit quod ὀομή vel θυμός; ceterum Lexiph. 15 ut voc. insolitum castigatur
 — ὀρθμός c. 14 est “proportio membrorum”, apud L. nisi de musica poni non videtur — ὀργισμα
 c. 38 “ornamentum”, apud L. (D. Mort. 8 et 20, 4) “dolus fallaciaeve” — ὀρόδος c. 27, 35,
 38 ponitur vi obscena, apud L. (Herod. 7) “concilium” est — ζαίτη c. 40 de coma humana,
 apud L. de setis equorum ponitur — ζωραχή c. 38 et 44 “facies” vel “nota oris” est, apud L.
 (Herm. 44) “literae” vel “notae incisae, hieroglyphicae” sunt — ζωρός denique Sommerbrodt²)
 observavit in Am. non semel de actate hominum usurpari (c. 10, 23, 25). — Quae legitur
 forma voc. μαζοί c. 41³), a L. aliena est, qui usque μαστοί habet, quod Am. c. 53 quoque
 exstat — pro τέχνημα c. 28⁴) L. τέχνημα — pro ἕλος c. 26 L. ἑάλος habet — γάργαξ c. 42
 masc., apud L. (Tim. 18)⁵) femin. est — μετάφθερον apud L. sing. Tim. 53, V. Hist. 1. 37.
 Adv. ind. 7), in Am. (c. 14 et 26) plur. num. usurpatur — rursus πέλη c. 13 sing. est, apud L.
 tantum plur. num. exstat.

Longe autem plurima subst. Am. consulto L. vilavisse videtur, nam ad idem exprimendum
 aliis verbis uti solet, cum auctor Am. suis uti maluerit propterea maxime, ut orationem more
 poetarum coloribus variaret. Nam etiamsi L. verbis poet. non abstinent⁶), Am. tamen iis

indice ed. maioris tomo IV inserto usus sum, quem, quamquam plenior est quam Reitzii lexicon Luc., in quo
 quasi in fundamento nititur, omnibus numeris perfectum non esse, sed plus uno loco vitiosum et mancum
 esse non ignorat, quicumque iis adiumentis diligentius usus est; unde si qui errores in hanc dissertationem
 redundaverint, velim excuses eo, quod litterarum subsidia parum sufficere videntur. — Asteriseo notavi ἅπαν
 λέγοντα, binis asteriseis vocabula, quae post L. existunt. ¹) Pro hoc L. ἀποστογή vel κορυφή dicit.

²) Adv. ad Am. c. 10 (p. 163).

³) Etiam Trag. v. 110.

⁴) Etiam Charidem. 7.

⁵) Praeterea Ner. 6 et 9.

⁶) Schmid I p. 313 sequ. collegit.

tantopere scilicet, ut consulto auctor sermonem poet. secutus esse videatur. Sed singula enumeremus: *Ἀγκυλοσμία* c. 14 poet. est, L. non habet — Pro *ἀδοξία* c. 20 L. *ὄντιδος* vel *αἰσχρή*, pro *ἀγκυλώσις*, voc. poet., c. 4 et 42 L. verbis *θροῦπιπταῖσθαι* vel *καλλιοπίπτεισθαι* — pro *ἀκολασία* c. 11 L. *ἀσέλγει* vel *ἀσωτία* — pro *ἀραισιδησία* c. 22 L. *βραδοντῆς* vel *ἀμβλυνότιω* aut *ἀμβλύνει* utitur — pro *ἄνεσις* c. 1, quod voc. semel (Ver. hist. 1, 1) invenitur, L. *ἀναπνοή*, *ἀνάπνοσις*, *ῥαστόνη* — pro *ἄσπασμα* c. 53, v. poet., L. *γυλοσσομένη* — pro *ἀριμαχία* c. 10 L. *ἔρις* usurpat — *βολή* praeter Am. 3, 15, 46 de astr. 2 legitur, L. pro *ἀριμάτων βολαί* habet *βλέμμα* — *βόλος* c. 16¹⁾ poet. est, L. non habet — pro *βοῦδος* c. 41 *βίφος* vel *ὄλκῆ* — pro *γαστρομαγρία* c. 42 L. *ἀσωτία*, *τρογή*, *ἡδοναπάθεια* — pro *γῆθος* et *χαρά* c. 9 L. *ἡδονή* habet aut verbis *χαίρειν* vel *ἡδασθαι* utitur — pro *γλοντός*²⁾ L. *πυγαί* — pro *δαίδαγμα* c. 13, v. poet., L. *ἀγαλμα* vel *τέχνημα* — pro *δημοσύργημα* c. 19 L. *πλάσμα* vel *ποίημα* — pro *δαίτασμα* c. 39 L. *χοῦματα* vel *γῆζος* dicit — *δόξ* c. 16, v. poet., apud L. non exstat — nec *δαγθωρά*³⁾ c. 42 nec *γθωρά* c. 19 L. habet, utitur *ὄλεθρος* — pro *διδασαλία* c. 48, quod voc. nisi in spuris libris apud L. non exstat, is *λόγοι γυλοσσοῶν* vel *μαθήματα* dicit⁴⁾ — pro *δύγημα* c. 1, 17, 37 L. *δύγησις* — pro *δόκησις* c. 15⁵⁾ L. *δόξα* habet — *δοχεῖον* c. 19⁶⁾ L. non habet — pro *δύσις*⁷⁾ c. 15, 16, 34 L. *δραμαί* — pro *δωμάτιον*⁸⁾ c. 10, 34, 53 L. *οὐκίσιος* — pro *εἰκασία* c. 8 et 15 L. *εἰκασμός* dicit — *ἐλατήρ* c. 6, v. poet., L. non habet — pro *ἐπίκρουσις* c. 19, v. poet., L. *κρούσις* — pro *ἐπίτασις* c. 16 L. *ἐκτασις* vel *σπονδή* — pro *ἐσοπιτρον*, v. poet., c. 39, 44, 48 L. *κάτοπιτρον* usurpat — pro *ἐρυνθμία*, quod praeter Am. 14 sex locis librorum spuriorum invenitur⁹⁾, L. *τὸ σήμετρον* vel *τὸ ἐρυνθμιον* vel *ἀρμονία* dicit. — *ζίζουρος* c. 15, 16, 17 L. non habet — pro *θεοπαυρίς*¹⁰⁾ c. 39 L. *θεοπάυρι* — pro *θεσμός* c. 19 et 22 L. *νόμος* vel *δόγμα* — pro *θηλέτης* c. 42 L. *τὸ θῆλον* vel *μαλακία*, *τρογή*, *ἡδοναπάθεια* — pro *ἱαορία* c. 17 L. *ἐγροσάνη* dicit; ne *ἱαορίας* quidem, voc. attic., habet — *ἴμερος* c. 3, v. poet., L. non habet, nisi forte D. Deor. 20, 15 nom. propr. dei est — *ἰονλος* c. 10 et 26, v. poet., L. vitat, *θροῖς* (Philops. 7 *αἱ τρώχες ἐκ τοῦ πάγονος*) dicit — pro *ἱπασιής* c. 46 L. *ἱππεύς* vel *ἱπότης* — pro *ἰσχίον* c. 14¹¹⁾ L. *σαρκός*¹²⁾ — pro *κοῖλωμα* c. 34, v. poet., L. *τὸ κοῖλον* — pro *κομψομενία* c. 54 L. *κομψομενία* habet vel adj. *κομψομενίως* utitur — nec *καταβολή* c. 19 nec *κλέος*, v. poet., c. 5 L. habet — pro *λαλιά* c. 15 et proprie et translative L. *γλυσώμει* dicit — pro *λεκαρίς* c. 39 L. *οσιόγη* habet — *λήξις* c. 22 apud L. non exstat — pro *μελωδία*¹³⁾ c. 5 L. *μέλος* habet vel verbo *μελωδέω* utitur — similiter pro *μετωνοσία* c. 30 *μετεῖναι* — pro *νάζος*¹⁴⁾ c. 34 L. *δέγμα* (*ἔμμαιλλον*) dicit — *νηγάδες*, v. poet., praeter c. 2 tantum Dem. enc. 5 translative et Bacch. 7 in versu Homeri legitur — pro *νομοθεσία* c. 22 L. *νόμος* vel *τὰ νόμια* — pro *ξενών* c. 8, v. poet., L. *καταγύγιον* — pro *ὄζνος* c. 31 L. *γάρβος* habet — *ὀμίλημα* c. 25 — *ὄρεξις*¹⁵⁾ c. 22 L. non habet, utitur pro hoc v. *ἐπιθυμία* vel *πόθος* — pro *οδοδάμιος* c. 31 L. *κλών* vel *κλάδος* habet — *οὐλότης* c. 40 apud L. non exstat — pro *πέδαλον* c. 41, v. poet., L. *σάνδαλον*, *σανδάλιον*, *ἐπόδημα* — pro *περόνη* c. 44 L. *πόπη* — pro *πλευσίσιος* c. 12 et 31, v. poet., L. *πλευσίσιος* — pro *πλευρόεχθημα*¹⁶⁾

1) Quod Schmid I p. 324 *βόλος* "captura" interpretatur, ut apud Aeschyl. Pers. 420 est, error esse videtur; "iactus retis" est.

2) Etiam de salt. 35 est; Asin. 56 *προκτός*.

3) Cyn. 8 et 10 legitur; cf. Bieler p. 11.

4) de salt. 11, Dem. enc. 12, Macrob. 2. 5) Var. lectio *abdic*, 1 est. 6) d. cum *ἀγγεῖον* coniunctum legitur; Somm. (adn. ad c. 19) pro adj. habere videtur, sed ita *δαχάιον* expectaveris; Jacob. et Dind. *ἀγγεῖον* ut glossam eliminant. 7) de astr. 12 est. 8) Asin. 13 et Paras. 55 invenitur. 9) de salt. 8, 10, 25, 35, 72, Dem. enc. 32. 10) Par. 26 tantum exstat, cf. Bieler de par. p. 12. 11) Trag. 121 quoque est. 12) *κάρος* c. 39 Somm. ed. L. 11, 2 p. 165 glossam esse iudicans exterminat. 13) Philop. 3 tantum legitur. 14) d. d. Syr. 55 est; de salt. 43 *δέμας* exstat. 15) Etiam Paras. 12 exstat. 16) *πλ.*, quod Gesner vertit "praero-

e. 31 L. *λήμμα* dicit — et *προσιότης* e. 19, v. poet., et *προσανάλλισις* e. 31¹⁾ frustra apud L. quaeras — pro *ῥοίζος* e. 6, v. poet., L. *ῥοίζημα* — pro *σηζός* e. 14, v. poet., L. *ραός* vel *ρεός* — pro *σπιλῶγξ*, v. poet., e. 34 L. *σπίλιον* — pro *σπίλος* e. 15 et 16 L. *χιλός* — pro *στεγάνη* e. 41, v. poet., L. *στέφανος* vel *στέμμα* — pro *τέριον* e. 47, v. poet., L. *ῥος* vel *ἔσχατιά* — pro *ἑπιτί-
ταισις* “excusatio” e. 5 L. *πρόμασις* habet. — *φρόνησις* e. 45 et 47 pariter ac *φρόνιμος*, quod adj. in Paras. et Cyn. legitur, a L. alienum est²⁾ — *χρός* e. 10, v. poet., L. vitavit — *χρός* e. 39 “color cutis vel faciei” est; huius v. casu dativo tantum L. cum praep. *ἐν* utitur, ut sit *ἐν χροῖ³⁾* “ad eutem”, velut tondere: “cutis color” apud L. *χροῖ* vel *χροία* est — denique *ψιδρω-
σμός* e. 15, quod Gesner interpretatur “obscuri sermones”, apud L. non invenitur.

b) de adiectivis.

Adiectiva quaedam in Am. occurrentia quod in L. scriptis desiderantur, aequae atque in subst. ad casum referre licere mihi persuadeo. Talia videntur esse *ἀπεριής* e. 53, nam *ἐπιπε-
πής* L. habet, *ἀπεισιτος* e. 46, *δίχοτος* e. 6 et *ἐγκέχλιος* e. 45 ut artis vocabula, *ἐμπορικός* e. 3, *ἐπίκτητος* e. 38, nam *ἐπικτῆσθαι* L. habet, *ζεοριμεντιζός* e. 11, *λιτός* e. 34 et 44, voc. proprie de veste usurpatum⁴⁾, *ἐπέρολενος* e. 41, L. enim adj. eum praep. *ἐπέρ* compositis, ut qualitates modum excedentes significet, saepe multis utitur, quamquam tale adj., quod coloris notionem habeat, nullum inveni, ita ut *ἐπερῆλιξ* quoque e. 10, etsi alibi *ῥέρον ἐς τὸ ἔσχατον*, *ἕστατον* dicit (Here. 1, Hermot. 9), L. usurpaturus fuisse videatur, denique *φιλότιμος* e. 1, nam adv. *φιλοτι-
